mathematicus considerat de materia intelligibili, non affecta qualitatibus alterativis/

physicus de materia sensibili. hoc est affecta qualitatibus alterativis.

mathematice sunt duplices. s. pure. ut arithmetica & geometria que tantum considerant simplicem [illegible] hoc est unius connotationis importantis. astrologia [illegible] [illegible] sua [illegible] [illegible] que tamen [illegible] plures connotationes/

subiectum arithmetice est numerus. geometrie vero quantitas continua. sive magnitudo. musice vero numerus sonorus.

physicus abstrahit a materia particulari. mathematicus vero abstrahit a materia intelligibili [illegible] methaphysicus vero abstrahit a materia sensibili & intelligibili/

[illegible] est [illegible] numerus [illegible] inter [illegible] mathematicus. Arismetica [illegible] erat prior geometria [illegible]

muy alto

muy alto

muy [illegible]

[illegible] de Alvaro

muy alto

Habes lector Johannis de sacro busto sphere textum vna cum additionibus non aspernandis Petri Ciruelli. D. (a vero tamen textu apparenter distinctis) cũ ipsiusmet sublimi & luculẽtissima expositiõe aliquot figuris nouiter adiũctis decorata. Interiertis ꝑterea q̃stiõib⁹ dñi Petri de Alliaco.

Omnia peruigili cura ad amussim castigata. Et rursus cõi p̃ressa.



Venundantur Parrhisius a Johãne Paruo in vico diui iacobi sub signo Lily aurei.

In laudem vberrimi huius nouiqꝫ cõmentarij Petri Ciruelli Darocensis In astronomicum Sphere mundi opusculũ Petrus de lerma Burgensis ad lectorẽ.

Si iuuat astrorũ varios distinguere fluxus:
  Etheris imensi normaqꝫ certa placet:
Qui celerẽ magno tardũqꝫ in corpore gyrũ:
  Miratus ve soli grande requiris iter:
Si sapias. radiũ darocensis poscito petri
  Hunc petere: et inuento firmius adde fidem.
Sydera: si veterum dicunt monumenta virorũ:
  Rara tamen varia suspitione carent.
Que siluit sacrum vulgato in codice bustum
  Sunt bene distinctis illa reperta notis.
Regius in spheram que mons dispendia iunxit:
  Abstulit amplectens optima queqꝫ liber:
Concaua scrutatur conuexi pondera celi.
  Et quibus assiduum tractibus illa rotent.
Oppositos dicas motus (mirabile dictu)
  Si varios apes mens male cauta neget.
Tardaqꝫ miratur gelidi sarraca boote.
  Illa neqꝫ oceani precipitata vadis.
Prima figurantur vacuo digesta profundo:
  Sperica natiuis corpora firma locis.
Quinentiã pacuis composita est machina cyclis:
  Et facile exalto climata curua notant.
Quod spaciũ fuscos berecynthis traxit ad idos.
  Stringat vt angustas nixqꝫ caloꝛqꝫ vias
Merserit oceani tellurem amplexa rotundam
  Fortis vt extremũ fregerit vnda solum.
Quid sua cuiqꝫ domus glaciali cedat ab arcto.
  Quid fugit occasum latius addit opus.
Rorida diuerso tithoni climate coniunx.
  Quos premit: aut surgens porrogat orbe dies.
Ut septem geminũ prestans mortalibus orbem:
  Protrahat etatem cunctipotentis amor.
Torrida continuis nec feruet solibus estas.
  Nec furit ardenti nota furore canis.
Parcit hyperboreis densari nubibus ether
  Gaudeat vt mixta dulcior aura vice.
Lumina das titan cursus nec longa diurni
  Que videt arctoo bruma subacta polo.
Absulit hyberne miseris fastidia noctis
  Aurora in rubeis dum redit alta rotis.
Sydereos ortus et casus explicat omnes:
  Ut magis astronomo nota poesis eat.
Que circa consurgunt signa/ et que tramite recto
  Queqꝫ cadunt paribus sint tibi certa moris.
Quid rutilos properet vitres mersarier vnda
  Aut stimulet madidos surgere phebus equos
Uertentem signans epicyclũ eccentrica monstrat
  Corpora. secretum telsitonantis opus
Scilicet insano priscorum nota labori..
  Mundus et humana victus ab arte manet.
Orbis et in saltus septena errantia verset.
  Fixaqꝫ signiferi non fugitura gradus.
Ut fugeat titan/ spirisqꝫ ingentibus erret:
  Circumagat suetas cynthia pulchra vias
Nec minus Enee matrem rimabere labi.
  Mercurium gressus accelerare citos.
Felicemqꝫ Iouem. duri vel prelia Martis.
  Saturniqꝫ grauem celsa tenere globum.
Est caput Augustum caudãqꝫ videre drachonis.
  Perficit hoc rediens cursibus annus iter.
Uelacum terra videas ferrugine solem.
  Dum rapit emissum menstrua luna iubar.
Ternaqꝫ nascentis curuantur vt ora Diane.
  Cernitur opposito pulchrior ore soror.
Lãpade nũc cassam fratris miserabere phebem:
  Dum trahit obtusum pyramis atra caput.
Singula perspicue gracili digesta libello.
  Auspicijs Daroce carpere lector habes.

¶ Petrus de lerma burgensis ad autorem.

Secula nunc redeunt Alphonsi candida regis.
  Descendunt alto sydera queqꝫ polo.
Indes vasta fauet. mirabitur arduus atlas:
  Cui datur astriferum vertice ferre polum
Exultat memphis: gaudet ter maximus hermes
  Abdita qui dubio latius ore canit.
Nunc pholemee redis. surgis tu maxime cesar:
  Tempora qui celo currere certa facis.
Non teneat stupidas celum vertigine mentes.
  Nec putet ignotum currere phebus iter.
Ludere mortales latonia parcito sensus.
  Nubila non fallent: nulla: serena dies.
Iam bissena patent oblique insignia zone.
  Panduntur, cosmi lucida signa vagi.
Non valet ardentum numerus latuisse globorũ.
  Concedunt radio sydera Petre tuo.
Te daroce cretum docuit salmantica felix.
  Hinc sola se iactant vtraqꝫ leta viro.
Insuper et gallam sitiens perductus ad oram:
  Fontibus implesti guttura parisiis.
Non secundus abest sermo: dialectica solers:
  Perspectiua subit/ terpsichorea tibi.
Multiplicas numerum: demonstras arte figuras
  Et sacer (et mores) curat adesse liber
Prouida quid possint nature iura latentis.
  Dum sileat Petrus quis docuisse potest.
Adde qꝫ humanos nunc nunc miserata labores.
  Urania: et summa te dedit arce poli.
Hinc magis hesperie parta est tibi gloria nostre:
  Q; tua suscepto scripta timore carent.
Pallada nec paruũ est misisse a vertice puram.
  Consentit scriptis queqꝫ minerua sacris.
Quare age venturi felicia voluito secli.
  Stamina. cũ memorent tẽpora multa virum.
Longaqꝫ fatales dum scindent fila sorores.
  Parcaqꝫ felici lumina sorte premet
Tergeminũ ditis compescat guttura monstrum
  Sint procul eumenides. cymba charontis eat.
Spiritus astra petens eterna pace fruatur.
  Fama qꝫ virtutis pulset vtrumqꝫ polum.

In astronomiam

Petrus Ciruellus Darocensis Jacobo Ramirē Gusmano ⁊ Alfōso Osorio Clarissimis viris Ex Inclita Hyspanorū magnatum Stirpe. S. P. D.

Maiores nostros aurea dum illa secula tenuere viri percelebres quib⁹ humane rationis lumen perspicuum/rectumq; vigebat dictamen ⁊ mortalium ingenia heroicas virtutes ꝑpulcras animi dotes summopere coluerūt: simul tunc optime queq; discipline humane vite apprime necessarie reperte sunt atq; floruere. Sic enī apud egyptios gens sacerdotū soli contemplationi vacare dimissa liberales doctrinas (q̄ mathematica vocant) astrorumq; peritiā inuenerunt. sic Socrates Plato Aristoteles ceteriq; atheniēsiū phi rōnales naturales et morales disciplinas bene beateq; viuendi regulas tradiderunt. sic deniq; romanorū proceres reipublice feliciter gubernāde leges reiq; militaris modū prudenter excogitauerunt. ceteraq; nationū ꝯplures hac via effecti sunt sapientes. At vbi luxi/mollicei/carnisq; fomētis indulgeri ceptū est: ferreaq; increuit tempestas: mundus vti decrepitus caligantibus oculis legeq; nature obnubilatā in oīmoda peccatorum genera preceps decidit. pariterq; omnium studiorū genera obliuione capta misere mortaliū animis excederunt. Nec parua modo tugurria: sed et summas orbis arces dira hec inuasit pestis adeo vt reges ꝑncipes ⁊ ceteri nobiles (quorum vigilijs assiduisq; sudoribus virtutes ⁊ sciē plātate culteq; extiterāt. ⁊ grāde susceperāt incrementū (primi ad vicia ꝓclives ab doloi appareant. eorumq; vestigia) veluti rectius de agendis iudicantiū) totū pene vulgus sequutū improbra cūcta effrene corruat. Et vt reliqua sciētiarū genera missa faciamus. liberales artes (que olim illustriū ⁊ ingenuorū hoīm vmbra tegebātur tuteq; manebāt) ita nūc ab eis negliguntur vt vix earū noīa ꝓferētī aures igniri dignētur ⁊ ventri tantum more pecudum pareant: solas vt eas probent sequātur q; disciplinas que insanam opum cupidinem quoquomodo explere valeant: ⁊ (vt propheta lamentatus ait) a maximo vsq; ad minimum oēs auaricie studeant. Verum quia malum aliquod integrum omniq; bonitate carens esse non permittitur (nec enim subsistere posset) benigna idcirco dei prouidentia in tanta rei litterarie ꝑnicie insignes quosdam (ne illa funditus interiret) mundo statuit reseruandos. qui genua sua ante baal auaricie non flexerunt. sed ⁊ virtutes ⁊ scientias licito amore ꝓsequuntur. vnde ⁊ Johannes Picus italorū principum gloria nitissimūq; ornamētum diebus hijs velut nouum sydus emicuit. qui oīm tam humanarum ꝙ diuinarum scientiarum fastigium adeo celeriter optinuit vt oē genus scibile anteq; adolescentiam excederet calluerit ⁊ quod is ignorauerit sapiat nemo quare inter huius temporis mirabilia iclytus iste vir recte adnumeratur. Ingeniosissimi quoq; Germani hac nostra etate communi studentes vtilitati mirificā illā impamēdi artem excogitarunt. qua non modo cuncta veterum monumenta (que iamdiu caligo vetustatis obtexerat) in lucem reduxere: verum ⁊ scias oēs opa sua non parum adaugent. Sed ne longius per aliena diuagemur exempla ad nostrates veniamus quos in quoq; sciendi gñe probatissimos ꝯperiemus. sicut enī iampridem oī virtute doctrinaq; prefulgidos. Senecam. Lucanū. Quintilianū. Isidorū. Auicenam. Auerroym. ⁊ alios complures nobis hyspania progenuit; ita et nunc rei militaris peritia/religionum obseruātia/⁊ pacifica regnorum gubernatione hesperij nostri prepollent. nullis etiam nationibus inuidebimus qui tanto principe (sub cuius equissimo sceptro hec omnia nobis euenere) illustrissimo seruando diuinitus donati sumus. Nūc igitur rediit aurea etas: cum pyssimi ducis exemplo per docti ceteri quiq; magnates bonis moribus et doctrinis totis viribus incūbunt hij militiam exercent/hij modestiam religiose vite curāt. alij itez per diuersa gimnasia litteras amplexantes passim repeiuntur. Pre ceteris tamen hyspanorum nobilibus clarum vestrum genus atq; splendida radix summa semper culmina virtutum obtinuit. Si enī (dicente dño) ex fructibus arborem iudicari oportet: huius generis eminentiam magnus predicatorum patriarcha dñicus (quem scīa ⁊ virturibus diuinum celebrat ecclesia) eiusdēq; stirpis candidissimus flos ꝙ facillime ostendit. Unde et maiorum suorum mores egregios nobilitas vestra immitatura domestica spene oībus neglectis liberalium artium phīe atq; theologie nitidissimos fontes haurire cupiens sacram hanc parisiorum academiā summū gallorū decus oī cum venustate ⁊ modestia diutius coluit et dies colit. Pro vestra igitur in me benignitate: que in astronomicum sphere mundi opusculum Johannis de sacro busto commentariū textualesq; additiones pro virili nostra et si humili stilo deo suspice edidimus: nomini vestro dicatum opus sub generosissima alatum vestrarum vmbra fouere/tueri atq; ꝓtegere queso dignemini sic enim acerbissima queq; mordacis liuoris iatula ꝑsidio vestro (vti eneas vulcani clipeo) fretus facile repellā. Valete incolumes semper ⁊ felices: meq; vt facitis solito amore prosequimini.

Petri. L. D. in astronomicum Sphere mundi opusculum Prefatio

Heroicus ille diuine legis p̄dicator deiq̄ apostolus eximius humanarū sciarū dignitatē simul ⁊ vtilitatē romanis insinuās inuisibilia inquit dei p ea q̄ facta sūt a creatura mūdi itellecta cōspiciūtur sēpiterna quoq̄ virtus eius ⁊ diuinitas. q̄ cū deus ipse nature optimus ingeniator hoiem (q̄ ois creatura particīpatiōe dr̄) ex corporea ⁊ spirituali natura ꝯfectū i huius sensibilis mūdi cētro (vbi oia ꝯcurrūt) collocauerit: vt q̄ i corpore passibili suam ꝓmereri debuit btitudinē: ab oibus creaturis ad hūc assequēdū finē iuuari posset. vñ ⁊ ꝓpheta regius oia ꝓpter hoiem facta hominiq̄ subiecta ⁊ subseruiētia cecinit. maxime autem ab aliis creaturis iuuari dicitur homo per hoc q̄ ex earum noticia quasi vestigio quodam ad dei cognitionem (quem colere honorare adire et ad quem velut sagittatius ad signum in agendis aspicere debet) erigitur ac manuducitur. Ideo scia ois a sapiētibus huius seculi hūanis parta / laboribus viribusq̄ oipotētis ⁊ veri dei aliqualē ꝯgnitionē hoibus affert. vñ ⁊ noticiā omnē humanitus habitā bonā laudabilē honorabilēq̄ aristoteles in prohemio de aīa supponit. q̄ vez quecūq̄ illa fuerit itellectū nostrū suapte natura in deum dirigens ipm valde perficit ordinat ⁊ decorat. Et tanto sciam aliquam dignioꝛem existimare oportet quanto altius certiusq̄ deū nobis insinuat propter hec eī sciētiam alteraꝝ altera honorabilioꝛē ibidem philosophus idem cōmendat.

Humanarū sciētiarū cōmendatio.

Mathematicaꝝ certitudo.

¶ Cum igitur in mathēaticis doctrinis horū vtrūq̄ manifeste appareat: merito post primam phiam ceteris humanis sciētiis p̄ferende sunt / easq̄ dignitate antecedunt. Hee nāq̄ nobilissimarum creaturarū naturas virtutes ⁊ operationes i q̄bus immensa dei potentia sapientia ⁊ bonitas maxime resplendet demonstrationum certitudine ostendunt. Dicitur eī in scđo methaphisice q̄ acribologia id est ceretitudo mathematica nō in oibus sciētiis repetitur. ⁊ Cōmentator ibidem sciētie inquit mathematice sunt in primo summoq̄ gradu certitudīs. In tertio ēt eiusdē methaphisice demōstratiōes mathematice ex hoc certissime approbantur q̄ semp ex cā vel rōne formali assumūtur. dicitur eīm ibi q̄ i mathematicis neq̄ bonū neq̄ finis neq̄ fit vlla demōstratio ex eo q̄d est ꝓpter hoc. ⁊c. id est nichil demonstratur ex cā finali materiali aut efficiēte sed ex sola ratione formali. Non eīm ꝓbamus triāguli tres āgulos valere duos rectos ꝓpter aliquē finē ad quē ordinetur. nec q̄ sit ex tali materia factus. aut a tali agēte sicut ꝓceditur i phisicis disciplinis: sed quia iplicat aliquid triāguli rōnem hr̄e et non illā passionem. Insuper i sexto ⁊ vndecimo methaphisice has scientias phūs multis prosequitur laudibus. nūc q̄dez optimū dicit mathematicarum genus. nūc vero eas doctrinas nullo addito sed anthonomatice vocat. Et i p̄mo posterioꝝ mathematice in q̄t scie sunt sicut videre ad intellectū adeo eīm clara euidēsq̄ ea ē noticia quā de rebus tradūt vt equo iure intuitio aut visio dici mereatur. Et i sexto thopicoꝝ eadē nobis notiora ⁊ scđz naturā i mathematicis asserit. cuius tñ oppositum in sciētiis accidit naturalibus vt tū in ꝓhemio phicoꝝ q̄ i septimo methaphisice palā ostenditur. Immo vbicūq̄ modū sciētificū demonstratiuūq̄ declarare nititur phūs ad exempla mathematicaꝝ sciaꝝ se ꝯuertit q̄ i eius libris logicis phicis ⁊ metaphisicis videre ꝓmptum est. In aliis idē sciēciis ꝓpter earū minore certitudinē doctorū diuersitas ⁊ opinionū ꝯtrouersia locū hz. in mathematicis vero nequaq̄ quicq̄d eī ibi traditur aut clarissime scitur aut oino ignoratum. ec ante demōstrationē quis ie quicq̄ itelligere opinatur. Ex quibus oibus harum sciētiarū maxima certitudo satis cōuincitur.

Mathematicaꝝ dīfia.

¶ Verū cū duplex sit scientiarū mathematicarū genus hee q̄dē sunt pure mathematice vt arithmetica ⁊ geometria. Ille vero mixte aut inter phisicas ⁊ mathemathicas medie musica scilicet perspectiua et astrologia (has enim tres medias phūs in scđo phicoꝝ ponit) prime due certissime sūt sed res minus i̇materialesq̄ numeros. s. lineas superficies aliasq̄ corporeas dimēsiones perscrutātur. Tres vero alie ⁊ si demonstratiue sint probabilitates tamen opinioesq̄ que phice sunt q̄q̄ recipiunt: de rebus autem preciosissimis cognituq̄ dignissimis disserunt. Hee igitur tres oīm particulariū scientiaruz nobilissime sunt. quia in eis simul phice ⁊ mathematice peritie pulchritudo reperitur. que eniz phice sunt obiecti pollent nobilitate. que vero mathematice demonstrationis gaudent certitudine. vnde rerum naturalium non inductiue ⁊ debiliter (vt alie scientie permulte) sed demonstratiue et scientifice cognitionem seruata materie qualitate tradunt.

Quadruplices astrologie laudes.

¶ Harū rū mathemathicarū oīz suma decor atq̄ pfectio astrologia est cuius laudes ⁊ preconia exequēdo latius ostēdimus. Hec nanq̄ dignissima sciētia ex quattuoꝛ maxime pre ceteris venit cōmendanda. Primo ex materie seu obiecti dignitate. deinde ex modi procedendi certitudine. postea ex inuentorū auctorūq̄ sublimitate demū vero ex finis arduitate.

Ex obiecto.

q̄ enim rei digeste dignitate astrologia oēs alias ꝑticulares scientias excedat hec res indicio erit. quia vt Ptholemeus in primo ⁊ Almagesti ⁊ quadriptiti habet hec scientia celorum ⁊ ornatissimorū astrorum naturas virtutes motus ⁊ effectus speculatur. talia autem corpora Aristoteles i scđo phicorum diuinissima dixit manifestorū ⁊ in secundo de celo corpora illa intrāsmutabilia nec tpe senescētia inuiterabilia aut fati-

gabilia probat. quorũ motus ordinatissimus
continuus atq3 perpetuus est nec ipsius potest
creatura vlla quo quomõ ĩpedire. Et ĩ scđo de
gñatione causas primas eoꝝ que hic inferius
corporaliter ꝓducuntur celos astraq3 dicit cũ
gñationũ ⁊ corruptionũ ac periodi rerũ natu-
raliũ rõnes inuestigat. Et in primo metheoro
rum totũ hũc mũdũ inferiorem superioribus
lationibus asserit gubernari. ⁊ hoc quidẽ non
iniuria q2 vt ex secũdo ⁊ decimo methaphisice
habet̃ in q̃libet rerũ gñe primũ cã ⁊ regula est
oĩm alioꝝ que sunt post. igitur in corporibus
primũ q̃d celũ est vt probat̃ ĩ p̃mo ⁊ scđo celi
mẽsura ⁊ regula ẽ oĩm alioꝝ corpoꝝ. Et ĩ p̃rio
de republica q̃ncũq3 inquit ad vnũ finẽ aliqua
plura ordinãtur necesse est vnũ eorũ esse domi
nans omniaq3 alia regens ordinans ⁊ guber-
nans. ergo ĩter corpora q̃ oĩs deus ad aliquem
finem vnũ destinauit necesse est vnũ aliorũ eẽ
gubernatiuũ hoc aũt celum est. Et in scđo de
anima empedoclis aliorũq3 antiquissimoꝝ di
ctũ introducitur solem partẽ hominũ deorũq3
putari. quod ei consonat q̃ in scđo phisicoꝝ dr̃
sol ⁊ homo generãt hominẽ. Et ĩ duodecimo.
methaphisice totũ vniuersum domui bene gu
bernate cõparat phũs. cũq3 deum velut opti-
mũ patrẽ familias (qui ⁊ seruis ⁊ liberis sin-
gula precepta prudẽter imponit) dixisset: tãdẽ
elementaria ⁊ caduca hec ĩferiora corpora ser
uis sibi legem positam sepius transgredienti
bus. celestia vero corpora filijs et liberis (qui
amore quodã ducti omnia sua opera iuxta te-
norem precepti volũtatisq3 paterne explere ni
tunt̃) coaptauit. hec enim in motibus actioni-
busq3 suis preter insitam sibi legem agunt ni-
chil. illa vero a nature sue ordine debito sepe
agendo deuiant. Unde phũs in secũdo phisi-
coꝝ: casum ⁊ fortunam nullum locum in cele
stibus corporibus multũ autẽ in hijs inferio-
ribus habere dicit. Cum igitur alie oẽs disci-
pline aut nullã aut nõ ita ꝓpriã celorũ ⁊ totius
vniuersi faciant theoriã3 sed earu3 p̃cipua in-
tentio circa corruptibilia versetur corpora pa-
lam est astrologiam eas oẽs hac ex parte an-
tecellere. Unde inter ceteras humanas sciãs
hec tm̃ de se dicere poterit illđ Ecclesiasti. xxiiij
ego in altissimus hitaui ⁊ tronus meus in co-
lũna nubis girũ celi circuiui sola ⁊ ꝓfundum
abissi penetraui. ⁊ ĩ fluctib9 maris ãbulaui ⁊ ĩ
oĩ terra steti. vbi oẽs astrologie ptes tangi vi
dent̃ vt ĩfra explicabit̃. ¶ Ex suo etiã ꝓcedẽ-
di mõ certissimo astrologia sup oẽs hũanas
sciẽtias laudat̃. si q̃d eĩ vigor ⁊ modus h3 ꝓce
dẽdi phisic9 ex effectib9. s. ad causas ꝑueniẽn-
do hoc ĩ astrologia q̃ pti phisica ẽ tãto excel-
lẽtiori mõ reꝑit̃ quãto altiores causas suo ꝓ
cessu iuestigat. Hec nãq3 ex mot9 celi ꝑpetuita
te ⁊ regularitate p̃moꝝ mouẽtiũ spũalitatẽ ĩ
materialitatẽ ⁊ ĩfatigabilẽ ꝟtutẽ ꝯcludit. ideo
phũs ĩ duodecimo methaphisice cũ de separa
tis substãtijs ratiocinaturus fuit supponibus
astrologicis dixit esse vtendu3. Ex multiplici

Ex mõ ꝓcedẽdi

quoq3 erraticarũ stellarũ motuũ varietate ec-
centricoꝝ orbiũ ⁊ epicicloꝝ (rẽ q̃dẽ nimis ar-
duã multisq3 ĩcredibilẽ) dispõnes mirifica dei
sapiẽtia excogitatas Pictagoras Ptolemeus
pluresq3 ãtiquoꝝ ĩtellexerũt. Infallibilẽ etiã
demõstrandi modũ aliaꝝ quattuor mathema
ticarum hec sola ꝯprehendit. ibi eñ geometri-
cis theorematibus non modo celoꝝ ⁊ stellaꝝ
verũetiam elementorum dimensiones cõpre-
henduntur ⁊ mensurantur. motuum quoq3 ce-
lestium norme arithmeticis numeroru3 ratio
nibus cognoscuntur. tot etiam tanq3 differen
tes celorum cursus armonica musica propor-
tionalitate connectuntur. sicut enim vocalis
armonia consonantia est sonorum in acuto et
graui vt in secũdo posterioꝝ dicitur: sic quoq3
motuũ illorũ coaptatio in veloci et tardo na-
turalis est armonia. Et ob hoc Pictagoras
ex celorũ motib9 sonos armonicos dixit gña
ri vt phũs refert ĩ secundo de celo q̃ etiã Boe
tius sentire visus est in p̃mo sue musice libro
ac si vbi mũdana est armonia ibi sonora defi-
cere nõ possit. triplicem ei musicam armonia3
Pictagoras distinxit vocalem sc3 vnam. hu-
manam aliam que debita est virium hominis
adinuicem proportio. vnde ⁊ animã nostrã ex
numeris armonicis constare dixit vt habetur
ex primo de anima: mũdanam tertiam partiũ
sc3 vniuersi adinuicem consonantiam atq3 ob
id rerũ omniũ essentias nũeroꝝ species puta
uit vt dr̃ in primo methaphisice. Nõ desunt et
perspectiue demonstrationes hanc scientiam
condecorãtes. irradiationũ eñ et aspectuum
stellarũ rõnes que in p̃mo quadripertiti ponũt̃
magnitudinũ etiã astroꝝ spissitudinũq3 celoꝝ
inuestigationes que in almagesto traduntur ꝑ
spectiue sunt cu3 sc3 ex anguli visualis pyra-
midis quãtitate radijq3 longitudine ad basis
⁊ distantie quantitatẽ arguit̃. Huius igit̃ scie
processus oĩm aliarũ modis certior est. vnde
phũs ĩ duodecio methaphisice astrologiã ma
ximã mathematicaru3 appellauit: q̃d sc3 oĩm
aliarũ mathematicarũ ꝑfectiões hec sola emi
nẽter cõtineat. ¶ Huius insup tãte doctrine ĩ-
uentores auctoresq3 plures ⁊ celeberrimi fue-
re sed eoru3 paucos memoratuq3 digniores in
mediũ adducem9. Refert eñ Josephus anti
quitatũ libro p̃mo caplo. iiij. q̃ filij Set primi
inuenerũt sciã3 celestiũ ⁊ ornatus eoꝝ ⁊ caplo
octauo q̃ tẽporibus Noe ꝓpterea hoĩm vita per
tot annos fuit ꝓlongata quia rebus vite mor
taliũm acomodis ⁊ vtilibus inueniendis ope
ram dabant / astrologie sc3 et geometrie et ca-
plo. xvi. q̃ Abraham ĩter chaldeos nutrit9 (q̃
mathẽaticas sciãs plãtauerũt) p̃m9 tradidit
sacerdotib9 egiptijs astrologiã ⁊ geometria3
apđ egiptios eĩ sacerdotes ex publico erario
salariati scientijs inueniendis vacabãt vt dr̃ ĩ
p̃rio methaphisice quoꝝ studio vigilijsq3 hee
scie mathematice ĩter egiptios floruerũt et ab
eis ad grecos a grecisq3 ad latinos ⁊ idos de-
uenerũt. Athlas etiã (cuius filie fingunt̃ septẽ

Ex auctoribus astrologicis.

Set filij patriarche

Sacerdotes egiptij.

Athlas

pleiades)astrolog⁹ fuit peritissim⁹ atq; ob hoc ipm humeris celū sustinētē finxit antiquitas.

Hermes

Hermes quoq; trimegistus q̄ ꝛ Mercuri⁹ dictus ē magnā astroꝝ habuit ꝑitiā hui⁹q; sciē nō pua monumēta reliq̄t.

Ptholemeus

Sed Ptholeme⁹ philadelphus clarissimus egyptioꝝ rex tm̄ super alios astrologos caput extulit vt nō modo astrologiā late āpliauerit verūetiā oim̄ ꝓdecessoꝝ errata resecauit ꝛ veritates tā a se q̄ ab alijs reptas in summa collegit ita vt totā hanc sciam de nouo cudisse ac peperisse videatur et iusto titulo astronomorum ducem porētemq; fateri ipsum oporteat. Hic adeo oim̄ bonarū artium studius ardētissimusq; fuit amator: vt ex omni natione que sub celo ē largissimis muneribus sapiētes ad se cōuocauerit in omniq; sciendi gn̄e doctus euaserit ꝛ ingentē bibliotecā multa vsq; ad tēpora duraturā in egypto confecerit. nec humanas tm̄ scias dignissim⁹ hic princeps curauit: sed etiā in sacra diuinaq; sapiētia (que tūc apud solos vigebat iudeos) deo tradente voluit edoceri. vnde ad eius instantiā septuaginta duo ex doctoribus ebreoꝝ vt Hieronimus refert bibliā ex ebreo in grecū ydioma trāstulerūt ꝛ hec vsq; in hodiernū diē translatio septuagita interpretum dicit.

Thebit. Alfra. Almeon Albate.

Post Ptholemeū Thebit. Alphragamus Almeon Albategni ꝛ plures alij peritissimi antiq̄ i astrologia floruerunt.

Julius cesar

In nostra tn̄ europa maximi fuerūt astrologi. gloriosissim⁹ nāq; belli triumphator. Julius cesar romanorūq; imperator sēper augustus ꝑspicacissim⁹ fuit astrolog⁹. vn̄ in cōmētarijs suis magnā orbis terrarū ptē astrologica rōne describēs geographiā et se sapere mōstrat.

Alphōs⁹ rex.

Illustrissimus etiam hispanie ꝛ romanoꝝ rex. Alphōs⁹ hui⁹ nois decim⁹ ꝛ si in multis doctrinis fuerit peritissim⁹ astrologiā tamen sibi dilectam pcelegit famatissimasq; celestium motuū tabulas miro quodam artificio cōposuit. In quibus ad totum tēpus post vniuersale diluuiū oim̄ stellaꝝ cognitarū loca et motus certa nūeri ratione tradidit: vn̄ oēs priores astrologos tabularios ꝯcordauit correxit et declarauit. ideoq; princeps tabulariū dr̄.

Johannes de linerijs. Johan. de saxōnia

Silr̄ parisius Johānes de lignerijs ꝛ Johānes de saxonia. dn̄s Petr⁹ de aliaco famosissimi astrologi.

Johannes de sacrobusto

In āglia ꝑo Joānes de sacrobusto / ꝛ q̄dā doctor āglicus cōpositor summe āglicane.

Georgi⁹ purba. Johannes de mōte regio.

In germania āt Georgi⁹ purbachi⁹ et Johannes de mōte regio aliq; cōplures astrologi floruerūt multaq; ꝛ egregia opera posteris reliq̄rūt. Gaudeat igit̄ regia ꝛ ſpialis astrologia q̄ tāta inuētoꝝ auctorūq; suorū serenitate maiestate ꝛ sublimitate ꝯmēdat.

Ex finis strenuitate

¶ Finis quoq; h⁹ scie pi⁹ / strenu⁹ / ꝛ diuin⁹ est ꝑ creaturas lcʒ sensibiles ad dei cognitionē hoīes eleuare. Si em̄ oīs hūana scia (vt apls i assūpta ꝓpōne docet) ppt̄ hūc finē maxie hoīb⁹ ꝯfert. tāto certe magis oībus alijs in hoc iuuabit astrologica speculatio quāto ex dignioꝛib⁹ creaturis nobisq; manifestioꝛib⁹ dei ꝑfectōes insinuat. vn̄ ꝛ ꝓpheta in psalmo octauo ex celoꝛū et stellarū ornatu deū admiratus ait. Videbo celos tuos opa digitoꝝ tuoꝝ lunā ꝛ stellas q̄ tu fundasti. et i psalmo. xviij. Celi enarrāt gloriā dei ꝛ opa manuū eius ānūciat firmamētū. quia ex tāti opis dignitate summā artificis sapientiā potentiā ꝛ bonitatē argumentabatur. ꝓpt̄ idē etiam i psalmo. cxlviii. Laudate iquit dn̄m sol ꝛ luna laudate eū oēs stelle et lumen laudate eū celi celoꝛū. et Danielis. iij. dr̄: benedicite sol ꝛ luna dn̄o benedicite stelle celi dn̄o. quia ex cognitiōe quā hoīes de celis et astris habent statim in laudem et benedictionē creatoris assurgunt. et ꝓpter hoc illa corpora deū laudare et benedicere dicūtur. Si enim vt dicitur in primo methaphisice propter admirari de effectibus manifestis inceperunt homines de causis occultis philosophari: planū est nullam sensibilium rerum tantum nos in admiratione stupidos ducere quantum celorum structuram ornatissimāq; compagem. vnde phūs ibidem exempla admirationū ex luminarium eclipsibus ꝛ solis cōuersionib⁹ adducit. nulla igit̄ res tm̄ in causarū īuestigationem ꝛ precipue cause efficientis nos concitabit promouebitq; quantum supernorum illarum lationū intuitus. Ideoq; in hystoria beate katherine alexandrine ꝟginis ꝛ martyris fertur: q̄ dum ipsa cum quinquaginta phis ydolatris disputaret vnitatem veri dei concludere volens aspicite inquit stellas celi et ornamentum earum et cogitate qualis ꝛ quātus sit qui illas in scabellum sibi fecit. Aristoteles etiā i duodecimo methaphisice astrologiam precipuā sapientie partem acceptauit. quia ꝓcipuā dei ꝛ angeloꝝ cognitionē phī ꝛ sapiētes ex astrologia sumpserūt. vn̄ in scd̄o de celo magnū q̄d est de reb⁹ celestib⁹ aliq̄d posse cognoscere etiā si debili ꝛ thopica rōe id habeam⁹. Ptholeme⁹ etiā i pmo quadripti capto. iij. vniuersalit̄ inq̄t dicim⁹ nichil eē in quo tm̄ lucret̄ aīa sicut i hui⁹ scie cognitōe. ꝑ ipaꝫ etem̄ ad humanarū diuinarūq; reꝝ noticiā ꝑuenim⁹. Multas etiā alias hui⁹ scie vtilitates Ptholemus ondit. dicit em̄ in q̄nto verbo cētiloquij. optim⁹ astrologus multū malū ꝓhibere poterit q̄d scd̄m stellas vēturū est cū earū naturā ꝓsciuerit. sicem̄ ꝓmuniet eum cui malum futurū est vt cum venerit possit illud pati. Et in octauo verbo eiusdē aīa sapiēs ita adiuuabit opus stellarū quēadmodū seminatoꝛ fortitudines naturales q: licet nos simpliciter actiones celestium corpoꝝ impedire nō valeam⁹ scd̄m quid: tn̄ hoc possum⁹ alit̄ scʒ taliter possum disponendo. sicut etiā ignis actionem combustibile remouendo aut humectando impediremus. Unde cum aeris alterationes excessus et intemperies precognouerit astrologus multū saluti hoim̄ prouidere poterit aut humana corpora contrarie disponendo aut ea inde remouēdo. Cūq; puerorum abilitates aut naturales passiōes ipetusq; sciuerit talibus cibis aut regionibus vel inter tales gētes aut talib⁹ deniq; morib⁹ ipos educabit

vt bonũ adaugeatur et malus fiat: malum ve-
ro temperetur ꝛ diminuatur. quẽadmodũ agri
cole in seminũ proiectionibus arborũq3 plan-
tationibus impedimenta nociuarum radicu3
aut herbarum tollũt simũq3 et terram bonam
virtutem seminalem coadiuuantis propinant
et apponũt. ¶ Nec tamen qui diuinam astro-
logiam tot tantisq3 laudibus efferre conor de
terminationi cuidam alme facultatis theolo-
gie doctorum Parisiẽsium super quibusdam
mathematicis libris nuper edite iniicior. Cum
enim sacra doctrina aliarum omniũ scientiarꝫ
domina et gubernatrix sit iuxta illud Prouer
biorꝫ nono. misit ancillas suas vt vocarent ad
arcẽm ꝛ ad menia ciuitatis. et in p̃mo metha-
phisice dicit ꝙ sapientia dea sciẽtiarũ est: eius
profecto erit si quid falsum erroneũ ad deve-
cultum inutile in alijs sciẽtijs appareat id fũ
ditus euellere stirpare ꝛ dãpnare. vñ apostolꝰ
secũdo ad cor. xi. consilia inquit destruentes et
omnẽ altitudinẽ extollentẽ se aduersus scien-
tiam dei. et phũs in p̃mo elenchorꝫ dicit ꝙ sa-
pientis est non mentiri ꝛ mentientẽ manifesta
re: summa autẽ sciẽtia sapiẽtia dicitur in p̃mo
methaphisice. ad eandem etiã doctrinã perti-
nebit aliarũ sciẽtiarũ veritates declarare cor-
roborare et defendere. dicitur enim p̃mo ad
corꝫ. ij. spiritualis homo iudicat oĩa ꝛ ipse a ne
mine iudicat̃ et hic vere est theologus: de quo
etiã phũs in primo methaphisice. sapiẽtis in-
quit est omnia scire et de oĩbus iudicare. ideo
predicti doctores ꝛ veritatis catholice zelato-
res volentes tam dñam ꝙ eius ancillas omni
falsitate purgatas immunesq3 custodire: falsa-
rios quosdã, scriptores et veritatis corrupto-
res (qui castissimã astrologiam cũ scenicis me
retriculis ( ) sunt collocare eãq3 apud dñam
suam de magno superstitionis culmine falsa q̃
dam immiscentes diffamare tentarunt) a gene
rosissima astrologorum scola perpetuo eycien
dos et dãpnandos iãq3 dampnatos pronũcia
runt. de quorum numero sunt fere omnes qui
circa futurorũ iudicia temere scripserũt. Hos
etiã multis iam ante seculis verissimus astro
logorum Ptholemeus i primo quadripartiti
capĩo secũdo dampnauerat dicens. sunt ꝙ̃plu
timi qui vt multa lucri facerent alterius false
doctrine pronosticationem habentes eã huic
ascripsere scientie a quibus multi decepti ad
hãc impellebantur opinionẽ vt in huius scien
tie regulis multa predicerent ita vt in opinan-
do eius nature modum excederent. quaprop-
ter hoc eorum opus multorum fuit occasio vt
nõ solum ꝙ ex ea nesciri potest verũetiã quod
scibile est vilipenderent. nos autẽ inquit sciẽ-
tiam hanc nequãꝙ̃ explicabilem prout ratio
phisica postulat explanabimus. Unde preter
quorũdã (ipsam determinationẽ egre ferẽtiũ)
astrologorum sententiam prefatos doctores
theologos de republica astrologica beneme-
ritos fateor. Ptholemeusq3 si hodie superui-
ueret magnas gratias eis haberet ꝛ imo age-
ret et referret qui liberalissimã hanc suã prolẽ
de barbarorũ seruitute liberarũt. Nec minus
laudabiliter aut meritorie eos egisse crede-
rim ꝙ̃ nobiles machabeos cũ templũ domini
infidelium et tyrannorum expurcicie mũdari
fecerunt vt habetur secundi machabeorum. x.
Uestigiaq3 christi domini eos dica3 sequutos
qui vendentes et emẽtes domũ dei coinquinã
tes a tẽplo eiecit vt dicitur Mathei. xxi. Sic
igitur nostris diebus expletum est quod in pa
rabola christus dixerat Luce. xi. cũ sc3 fortes
armati a sacratissima theologie arce i atrium
astrologie descenderũt et tyrannos illud inu-
ste possidentes extulerunt spoliaq3 eorũ id est
libros suos igni luto ꝛ alijs diuiserũt. ¶ Sed
astrologie vt Ptholemeus dicit in principio
quadripartiti due p̃cipue sunt partes altera om
nino speculatiua que celorum et astrorũ dispo
sitiones quãtitates et motus ceteraq3 illorum
accidẽtia inquirit. altera velut practica que per
eorũ virtutes et influentias huius elemẽtaris
regionis immutationes ceterosq3 effectus cõ
sequentes iudicat et predicit. prima demõstra
tiue et mathematice p̃cedit. diciturq3 Isidoro
teste astronomia. secunda phisica probabiliter
contingẽterq3 inducit cuius iudicia vt Ptho
lemeus dicit in primo verbo cẽtiloquij media
sunt inter necessariũ ꝛ possibile et sic quãdoq3
deficiũt vt dicitur primi quadripartiti capĩo. ij.
et hec secundũ Isidorũ proprie est astrologia.
Prima pars elegantissime traditur a Ptho-
lemeo in almagesto voi processu mirabili res
multis inexcogitabiles et que humanã viden
tur trãscendere facultatem circa celestem ma
chinam rimatus est. et propter hoc liber ille al
magestum id est opus diuinũ dictum est. Hec
autẽ astronomia duplex est: quedã demonstra
tiua que proprie dicitur theorica. alia tabula-
ris que est computatiua. cui etiam annectitur
et compotus ecclesie et scientia instrumentorꝫ
astrologie. que sũt astrolabium/quadrans. ar
milla/chillindrum/regule Ptholemei/ ꝛ sphe
ra solida. Et sic oẽs tractatus aliorꝫ doctorũ
qui post Ptholemeũ in hac parte scripserunt
sc3 theorice planetarũ Gerardi chremonẽsis
et Georgij purbachij: tabule Alphonsi. oĩmq3
aliorꝫ. liber Albategni de motu syderũ: liber
Thebit de ymagine mundi. Alphraganus de
aggregationibus stellarũ. tractatus sphere et
astrolabij Johannis de sacro busco. similiter
et tractatus quadrãtis aliorũq3 instrumẽtorꝫ
et quotquot alij tractatus sunt: ex almagesto
Ptholemei excerpti sunt. ip̃mq3 diuinũ librũ
declarant mẽbratimq3 explicant. Huic etiam
astronomie supponit̃ geographia aut cosmo-
graphia. in qua licet Macrobius Strabo/ et
multi alij scripserint: artificiosius tamẽ ꝛ pla-
nius omnibus alijs eã nobis tradidit Ptho-
lemeus vt hijs qui celeberrimũ eiꝰ librum de
situ orbis viderunt ꝑspicuum est. Secundam
huius sciẽ ꝑtem sc3 astrologiam idẽ tradidit
Ptholemeꝰ in libro quatuor tractatuum qui

Theologorꝫ determinatio astrologie fauet

Astrologie diuisio.

Astronomia

Astrologia.

dicitur quadripartitum. in quo experimentis mul
tis influentias / virtutes et actiones stellarū in
subiectis hijs corporibus pbauit. ꝛ futurorum
quorundam effectuum pnosticationes per hāc
scientiam hoībus esse possibiles ostēdit: ꝛ vsqꝫ
ad quātum talis scientia se extendere possit. quis
ve fructus ex ea sequatur declarauit. naturasqꝫ et
proprietates signorum stellarum fixarū ꝛ planeta-
rū et plagas terre habitabilis eis subiectas di-
stinxit et determinauit. ꝛ futurorum accidentiū que
in aere ꝛ in corporibus hominū propter actiōes
stellarū cōtingūt cognoscendorum modū tradidit
ꝛ huic libro cētiloquiū tractatū fructus astrolo
gie continentem adnexuit. Hanc tamen astrologiā
multi vt dictū est plura falsa imiscētes late am
pliarūt. nā Albumazar. Haly abenragel: Guy-
do bonati / Abraham auenezre ꝛ multi alij hāc
in quattuor distribuūt partes. ita vt prima sit de in
terrogationibus. per quā cuius libet de rebus huma
nis pposite questionis etiā de hominū cogitatio-
nibus nodū se soluere putāt. Secunda pars de
hominum natiuitatibus per quā multa particu
laria nec per causas naturales (vt credēdo) co-
gnoscibilia sepe ꝑnosticari dicūt. cū tamen astro
logus vt dicitur in primo centiloquij res tantū
in vniuersali iudicare debeat. Tertia pars est de
reuolutionibus annorum ꝛ induratione mundi
ꝛ in vita hominū. ꝛ huic parti supponitur liber de
magnis coniunctionibus Albumazar et summa
anglicana et plures alij libri. Quarta pars est de
horarum et dierum electionibus ad diuersa ope-
ra inchoanda. huicqꝫ parti supponitur doctrina su
persticiosa ymaginum ꝛ sigillorum. qui ad īfir-
mitates aut sanādas / aut introducēdas ad pas
siones hominum aut excitandas / aut cohiben-
das / ad multaqꝫ alia bona et mala operāda cer
tis temporibus in methallo aliquo vel in cera ar
gilla aut certa specie gimny sculpūtur et impri-
muntur. Sed Ptolemeus qui vt diximus astro
logie verus fuit dictator iudiciarie partis duo
tantum posuit membra que ex principijs phisi-
cis ꝛ astronomicis haberi possunt: hec tamē nō
sic lata nec ad tot particularia descendentia si-
cut predicti diuinatores tradidit. Primū mem
brum vel pars est de temporum immutationi-
bus ꝛ vicissitudinibus que tū ex diuersis planeta
rū aliarūqꝫ stellarū naturis motibus ꝛ aspecti-
bus: tū ex luminariū eclipsibus in aere nos am-
biente contingunt. quibusqꝫ nunc ad excessū ca-
loris / frigiditatis / humoris / aut siccitatis: nūc
autē ad teperiē aer ipse et in eo contenta vegeta
bilia animaliaqꝫ alterantur. et hanc tradit in se-
cundo quadripartiti. Altera vero pars est scien
tia eorum que humanis corporibus ex stellarū vir-
tutibus / figuris et dispositionibus in horis ge-
niture ꝛ natiuitatis accidūt. vt puta hominū co
mplexiōes / figure / stature / passiōesqꝫ īsurgētes
et actus illas consequentes que omnia ex aeris
dispositione in eisdē horis aliquo mō sciri pos-
sunt. et hāc docet in tertio et quarto quadripartiti

Falsorū astrologorū iudicia.

Ptholemei iudicia

Alia autē oīa iudicia ab alijs addita nō astrolo-
gica sed magica aut diuinatoria censenda sunt.
¶ Sed propter huius tāte doctrine arduitatē
quam diximus multe dispositiones precete in di
scipulo ad ipsam aspirante requirūtur. nō enim
sufficit intellectus nostri acies difficilia statim
attingere nisi per quedam sibi notiora introdu-
catur vt dicitur in septimo methaphisice. ideo
multi introductorios tractatus ad primā huius
sciētie partē alij ad secundā cōposuere. Ceteris
tamen breuior / facilior ꝛ vtilior tractatus de sphera
mundi quem Iohānes de sacro busto edidit vul
gatissimus in omnibusqꝫ generalibus studijs cō-
munissimus habetur. Cū enim tota ī astrologia de
celis eorūqꝫ motibus magna sit speculatio: nos
autem neqꝫ gradus eorum neqꝫ circulos in eis
ymaginabiles visu cernere: eosqꝫ ad libitum re
uoluere possimus: nō modo preterita aut futura: sꝫ
nec presentia omnia que in celis fiunt homo vide
re sufficit nunc alibi dies ē alibi nox. vni sol aut
stella hec oritur alteri occidit: nec omnibus in es
se locis quis simul potest: aliquibus sphera se de
monstrat rectam aliquibus obliquā et hoc mul
tipharie: opus igitur fuit artificialem aliquam
spheram instar celestis illius conficere quam ad vo
tum mouere et modo rectam modo obliquā di
uersimode statuere valeamus. qua veluti exem
plo eaqꝫ in naturali ꝛ celesti sphera aguntur cō-
prehendamus. Ideo tractatus iste (qui cōpositio-
nem vsumqꝫ talis instrumenti et per ipsum de to
tius mūdi forma ratiocinari nos docet) maxi-
me vtilis censendus est. eius tamen laudes vti
litatesqꝫ permulte cū auctoris prohemiū deo du-
ce exposuerimus aperientur. Subiectū igitur sciētie
huius tractatus est vniuersum id est mūdus corpo
ralis. Et supponitur sciētie almagesti que dicitur
astronomia: immo est introductorius ad ipsam
sicut alchabicius ad astrologiam in quadriparti-
to ꝛ centiloquio traditam. Titulus autem huius
tractatus erit iste. Incipit tractatus de sphera
mundi ad sydeream scientiam introductorius:
quem Johannes de sacro busto ex libris Ptho
lemei Alphragani / Thebit / Albategni aliorūqꝫ
excerpsit. Ubi tres eius cause materialis scꝫ ef
ficiens ꝛ finalis apte explicantur. cā autē forma-
lis in textu phemiali abūde manifestatur. Cete-
rum omnes astrologice professionis scolasticos
(non quidē imperitos / aut inuidos mordacesqꝫ
canes: sed quos aliorum vigilias ꝛ studia vide
re oblectat / eaue equo suscipiunt animo) exora-
tos velim: vt si quid in hac nostri commentarij
editione minus exacte / minus culte / minusqꝫ be-
ne dictum putauerint: id pie aut interpretentur:
aut suppleant. si autem in philosophie scola ve
ritatis theorie partem aliquā opera nostra im-
misisse videamur: tam in cōem vtilitatem (qui
precipuus nostri laboris extitit finis) pro viri-
bus benigne laudent promulgent ꝛ disseminent
sic enim vt in secundo methaphisice tradit phi-
losophus scientiarum facta sunt incrementa.

De huius tractatus necessitate.



Johannis de sacro busto sphere mũdi opusculum. vna cum additionib⁹ p opportune itersertis. ac familiarissima textus expositione Petri. C. D. felici sidere inchoat.

Prohemium auctoris.

Propositio dicendorum.

Irit Johannes. tractatũ de Sphera mundi quattuor capitulis distiguimus. Dicturi primo (quorundam terminorum expositione premissa) de forma mundi. In secundo de decem circulis: ex quibus sphera materialis componitur: ꝛ illa supercelestis quam per istam ymaginamur componi intelligitur. In tertio de ortu ꝛ occasu signorum. de diuersitate dierum ꝛ noctium. de hijs que accidunt habitantibus in diuersis locis terre. ꝛ de diuisione climatum. In quarto de circulis eccẽtricis et epiciclis planetaꝝ de proprijs motib⁹ tam eorum q̃ octaue sphere ac etiã none. et de causis eclipsium planetarum. Glosa.

¶ Iste est tractatus de sphera mūdi quē magister Johannes de sacro busto ex libris ptholomei Thebit. alphragani et aliorum recollegit. Cui etiam textuales additiones vbi opus fuit adiecimus omnia tamē sub eiusdem auctoris nomine propter eius antiquitatē dicta volumus. Huic aūt opusculo sicut moris est prohemium auctor ꝓmittit: in quo breui argumēto ꝑcipua huius doctrine puncta ꝑstringit. Ut enī docet phūs tertio rethoricorum oportet locū facere in aīo future orationi. Et hoc ideo quia cū homo ab ineunte etate a principioqꝫ sue natiuitatis sit oīuo ignorās ⁊ quasi tabula ī qua nichil scriptum est possibilis tamē depingi: scientia autē in nobis naturaliter nō fiat nisi ex q̄busdā precognitis: indiget semꝑ animus discipuli in aliqua doctrina erudiendi quibusdā rerum precognitionibus excoli parari et disponi quatenus ignorātie nebule impediētes excutiātur. Hinc factum esse credibile est vt auctores librorum quā vsitatissimū habeant operibus suis prohemia seu preludia quedā premittere: quo locum in animis auditorū struere future orationi ī doctrina tradēda facile possint ¶ Sed qꝛ homo liberū agens est cuius in agendo principia sunt intellectus dirigens per cognitionem ⁊ appetitus mouens ꝑ amorē: nō solum igitur sat ē animū eius quo ad intellectū pro sciētie susceptiōe disponi: verū opus est appetitui (qui ad sciētiā prosequendā moueat dispositionē) aliqualem inducere. In quolibet igitur ꝓhemio tria ꝑma ꝓxime notari debent. Primū est eius sciē quam pollicetur dignitas aut vtilitas q̄ attrahat voluntatem auditoris per amorē. voluntas enim que bona digna ⁊ vtilia respicit est primū mouens oēs anime vires ad suas oꝑationes. Secundū est dicendorū ordo librique diuisio que intellectū disponant primāqꝫ ignorantiā abijciāt per quandā pcuiā ⁊ cōmunē rei cognitionem Tertiū est materie digerēde difficultas que desidiē propellat ⁊ vigiliā excitet ꝑ attentionem.

¶ Oīa aūt hec diligētissime auctor iste cōsiderans more boni preceptoris ī suo ꝓhemio primo auditores attrahit allicit beniuolētiaqꝫ ab eis captat ex huius scientie dignitate ⁊ vtilitate cū inquit tractatū de sphera mūdi. Nobilitas enī scientie cuiuspiā ex obiecti seu materie ꝑfectiōe ⁊ eminentia modoqꝫ procedendi optimo potissimū teste Aristotele attēdit. Constat aūt hui⁹ sensibilis mundi machinā (de qua presens sese offert speculatio. quā etiam vt augustinus ait deus ad maiestatis: sapiētie: ⁊ potētie sue manifestationem condidit) perfectissimā ⁊ excellentissimā esse dicitur enī gen. ꝑmo. vidit deus cuncta que fecerat ⁊ erāt valde bona. qđ exponens Aug⁹ in enchē dicit bona sunt singula que deus fecit sed simul vniuersa valde bona. qꝛ ex oībus consistit vniuersitatis admirabilis pulcritudo hec ille. si enī vnaqueqꝫ dei creatura ī se perfecta est quanto magis vniuersum omniū creaturarū ꝑfectionea includēs vt Aristoteles arguit ꝑmo celi. Modus etiam procedēdi huius doctrine egregius est nunc phicus causas ex effectibus signisqꝫ cōcludens. nūc mathematica ꝑ causas effectus demonstrans. vtriusqꝫ sciētie floribus adornatus in quo tā phice q̄ mathematice pericie gloria reperit̄ Ideo Aristoteles in scđo phisicoꝝ astrologiā mediā phice et mathematice ponit. Utilitas quoqꝫ non parua ex huius tractatus doctrina illo⸗ ꝓ hoībus m finuatur. Confert enī primo ⁊ valde cuiqꝫ accōmodū est qualiter huius mūdi machina (qua ipse tegitur continetur: ⁊ in qua assidue vitam degit) structa sit ꝑ nosse ⁊ hoc ipsum et iocundissimū est vt potetāti domicilij fabricā ordinē perfectiōes q̄ nō ignorare. Docet insuꝑ phiam Aristotelis pertractātes: eiusqꝫ latebras rimari coeantes numerum ordinem situm et motus elementorū celestiūqꝫ corporum (de quibus ī multis alijs latissima ⁊ q̄ facillima est hic determinatio) hac doctrina duce ꝑscrutari. Medicos ēt (teste ypocrate) astrologos esse conuenit cuius sciē hec prima ianua est. Ualde preterea op⁹ est sacre doctrine professoris singulas vniuersi partes quas sepius diuini codices cōmemorant indagasse alioquin in plerisqꝫ sacre litterature passibus cespitarent ¶ Scđo auctor efficit auditores dociles ex operis sui diuisione breuitate et modi ꝓcedēdi facilitate subnectēs quattuor capitis distinguim⁹ planū q̄dē est opis breuitatem facile ꝓcedēdi modū debitūqꝫ doctrine ordinē min⁹ immodū adolescentum ingenia (quo melius ⁊ facilius doctrinā capessant) abilitare. que enī ꝓlixe ⁊ ordinate min⁹ dicta sūt tardius ⁊ difficilius capiūt hoīes premittit igit̄ operis distictionē facilem quidē ⁊ breuē (quattuor enī dūtaxat capita cōplectitur) ordinēqꝫ dicendorū apposuit. qui enī lectionem suam bene distīuit ⁊ ordinat generalē rei noticiā ante oīa ingerit ignorantiā negatiōis a discipulis ꝓpellit ⁊ modum adiscendi nobis in natum insitum congeneūqꝫ prosequitur: quo ⁊ ꝑ sensum ⁊ per intellectum rea prius confuse apprehendimus. postea vero earum determinam⁹ vnāquāqꝫ vt in ꝓhemio phicorum dictat Aristoteles. Alacen quoqꝫ in libro de aspectibus ait q̄ totius rei visibilia comprehensio primo fit per piramidē radiosam: sed visionis certificatio fit per axē sup singula puncta visibilis trāsportatam. ¶ Tertio auctor incitat discipulos ad attentionem per totum residuum ꝓlogi multa pulchra sꝫ subtilia ⁊ difficilia ꝓponens q̄ se enodaturū pollicetur. Excitat quidē duo genera hoīm ꝑmo valde ingeniosos ⁊ solertes quibus operepreciū est difficilia ⁊ oībus frequēter abdita vsqꝫ ad minima scrutari: res autem faciles ⁊ fere coēs floccipendere. Scđo excitat desides ⁊ tardos vt oī adhibita diligētia et labore studeāt hui⁹ opia lectioni vacare. secus aūt (cū hec aliq̄rtulū sint difficilia) parū cō modi reportarēt. De vniuersi enim compage celorum et elemētorum numero natura / figura / ordine / deqꝫ eorum motibus ⁊ quantitatibus (que omnia primū capitulum absoluit) magna fuit ⁊ est apđ philosophos ambiguitas et in qua alij alijs valde dissentiunt. Quidā nāqꝫ vnum tantum posuerunt corporeum elementum. alij vero plura. et horum quidam numerū certū: alij aūt infinitū nuerū dixerūt elemētorū

De phemij necessitate in quolibet opere.

Que et quot requirunt̄ i ꝓhemio

De hui⁹ sciē nobilitate.

De vtilitatibus hui⁹ tractatus.

Difficultates primi capli.

Item q̄dā elemētaria ꝛ celestia corpora eiusdē nature existim auerunt alij ꝟo diuersaꝝ. Adhuc q̄dā elementis attribuebāt figuras comicas.i. angulares cubicā videlȝ octocedrā ecocedrā/et pyramidalem: alij aūt figuras agonas.i.circulares eis circūscribūt. Preterea fuerūt q̄ ignē in medio.i.in cētro mūdi collocarūt: terrā aūt sup̄ ignē ꝛ circa ipȝ motā. ꝛ nō modo vnā verū duplicē posuerūt t'rā: alij aūt vnicā ꝛ in cētro oīȝ sitā eā dicūt. Et hoꝝ alij motā/alij imotā ipam ponūt cūm tū q̄ris ei⁹ nō codēmō oēs assignāt Insup̄ q̄dā totā celestē regionē vnū ꝛ cōtinuuȝ putātes corpus/alij aūt plura ꝛ ɔtinua corpora sed de eoꝝ nūero ꝛ ordine multiplex fuit opinio hij nēꝑ ꝛ octo tm̄ putarūt celestes spheras / alij nouē/alij ꝟo decē. Et quidē solē in scd̄o celo posuerunt: alij in quarto celo ipsū collocant. Ubi autē tanta doctorum opinionūq̄ꝫ diuersitas est materie difficultas insinuaꝶ. Has tū oēs philosophoꝝ diuersitates plerasq̄ꝫ alias (quas Aristoteles eiusq̄ꝫ cōmētator in libris de celo ꝛ in libris metheoroꝝ recitāt) auctor iste in hoc p̄mo caplo valde rationabiliꝶ et paucis absoluet euacuabitq̄ꝫ.

Difficultates secundi capituli

¶ Circuli quoq̄ꝫ i celesti sphera ymaginabiles eoꝝ officia nomina et cuiusq̄ꝫ eorum in portiones suas diuisio atq̄ꝫ zonarū celi ꝛ terre ꝑ circulos ꝑtitio (de quibus in secundo hui⁹ capitulo est sermo) multis ꝑdifficiles apparent eosq̄ꝫ ymaginari ex fātasie debilitate minime valet. Non enim oīm est acribologia mathematica vt dicitur in secundo methaphisice.

Difficultates tertij.

¶ Plerisq̄ꝫ insuper ea de quibus in tertio capitulo agiꝶ (ortus vȝ ꝛ occasus signoꝝ ꝛ stellarum in orizōte. dierū ꝛ noctiū/ꝛ naturaliū/ꝛ artificialiū crementa/decrementaq̄ꝫ. diuersitates singulis habitationibus ex sole stellis ꝛ tēporib⁹ accidētes Et diuisionem terre habitabilis ꝑ climata siue regiones suas) cognitu difficilima putant: nec ab aliquo nisi ꝑspicacissimo plene capi posse arbitrātur.

Difficultates quarti capi.

¶ Circa orbes vero ecētricos ꝛ epiciclos motusq̄ꝫ planetarū et octaue sphere (que capite quarto ymaginari docēꝶ) graues accidūt perplexitates. Quidam enim et quidem percelebres viri hos orbes impossibiles iudicarunt/ putātes has esse falsas astrologorū fictiōes nature impossibiles. quietis ipe Aristotelis putabatur hoꝝ positio circuloꝝ vana vt pȝ ex duodecimo methaphisice. Alij vero ꝛ si hos orbes cōcedant non tū oēs in eodem numero figura ꝛ situ eorum conueniunt. Nō desunt etiam qui motus proprios planetarum ꝛ octaue sphere ab occidente versus orientem negauerint. sed dicunt illos motus non esse nisi quasdam planetarum a primo mobili retardationes. Alij autem hos motus ponunt sed horum quidam plures/quidam pauciores mot⁹ eidē stelle attribuunt. In octaua deniq̄ꝫ sphera sunt qui vnicum dicunt esse motum: sunt ꝛ qui duos tātum: alij vero tres motus eidem assignant. De causis demum eclipsium difficile est pertrascisre quas nonnulli ex alicuius corporis interpositione alij vero ex terre motione contingere dicunt. Qui omnia (cum in sequentibus de singulis specialem fecerimus mentionem) clarius intueri licebit.

Capitulum primum de forma mundi habet tres ptes. p'ria quosdā terminos proposito necessarias exponit.

Diffinitio sphere.

Quorum trium quodlibet terrā orbiculariter vndiq̄ circūdat Nisi quantum siccitas terre humori aq̄ obsistit ad vitam quorundam aīantium tuendam.

Motus eorum.

Omnia etiam preter terram continue mouentur. que vt centrū mundi ponderositate sua omnem extremorum motum vndiq̄ equaliter fugiens rotunde sphere mediū quieta possidet.



¶ Hec est secunda pars principalis huius capituli in qua auctor ostēdit qualis sit forma mūdi solum proponēdo habet duas pticulas pria proponit qualis sit forma mundi quo ad regionem elementarē in secūda ibi: circa elementarē proponit hoc idem quo ad regionem etheream siue celestem Circa primam sic procedit. primo eñ premittit quandā generalem sphere mundi diuisionē. q̄ talis est q̄ vlis id est totalis mūdi machina siue tota sphera mūdi ī duas ptes pricipales diuidit scz ī regionē etherea q̄ ē ps mūdi celestis ⁊ ī regionē elementarē q̄ est totū spacium sub concauo orbis lune. ¶ Secūdo ibi. elemētarē qdē. psequit secūdū mēbrū pmisse diuisionis et primo ponit regionis elementaris diffinitionem. secundo eius diuisionem aut numerum partium eius declarat. ibi: que in quattuor tertio earundem ordinem. ibi. est autem terra. quarto harum partium figuram. ibi. quorū triū quinto earum motum ostendit ibi. omnia etiam

Diffinitio ergo in hoc sensu est accipiēda q̄ regio elementaris est illa pars vniuersi in qua cōtinue fiunt rerum trāsmutationes alterationes scilicet generationes et corruptiones. Unde accipitur in hac diffinitione alteratio largissime p omni transmutatione. Ideo regio elemantaris ab omnibus dicitur sphera actiuorum et passiuorum. Quod autem postea subditur peruia ē intelligendum id est dans viam et aditum siue est continue subiecta et obnoxia alterationi. peruium enim dicitur id p quod est via ad aliquid sicut etiam inuium id per quod nō habetur via vnde dicimus corpora dyaphana esse visui peruia vt vitrum cristallum aquam et huiusmodi. dicimus etiam lutosam/aquosam/petream/aut desertam regionem esse inuiam: sicut dicitur in psalmo. In terra deserta inuia ⁊c. et hoc modo elementaris regio est peruia alterationi continue quia in ea faciles et assidue fiunt transmutationes. ¶ Textus. Que in quattuor. Hic ponit regionis elementaris sub diuisionem dataq̄ numerum partium eius ⁊ primo facit hoc. secūdo ibi. ⁊ hec quattuor. declarat nomina illarum partium. Subdiuisio sua clara est. ¶ Textus. Et hec quattuor. Ponit nomina predictarum partium regionis elementaris et quidem nomina earum propria et specialia dicta sunt: quia vocantur ignis aer aqua et terra/ideo declarat nomen omnibus eis commune ⁊ primo dicit q̄ iste quattuor partes dicte sunt illa que communiter homines vocant elementa mutuam inuicem pugnam gerentia seseq̄ continue alterantia generantia et corrumpantia. Quodquidem

Quomõ itelligit q̃ elementa se ipsis corrũpũtur

non est sic intelligendũ q̃ vnũ elementum totũ aliud corrumpat quia hoc nunq̃ȝ fit naturaliter vt pbat phũs in primo metheororꝝ dicens. hoc q̃dẽ semp manet aere plenũ illud vero igne ꝛc̃. vbi intẽdit q̃ elementa quo ad suas totalitates sunt toti mũdo coeua ꝛ eque duratura sicut celestis corpora ex eo q̃ semp locus ignis est igne plenus ꝛ locus aeris aere ꝛc̃. Sed quod dicitur intelligendũ est q̃ pars vnius elemẽti quãdoq̃ȝ alterat ꝛ corrumpit partẽ alterius formãq̃ȝ sue speciei in eius materiã introducit ꝛ econuerso. Et in hoc sensu est accipiendũ q̃d dicitur in eodẽ primo metheororꝝ scȝ q̃ tẽpore calido ꝛ estiuo elementa superiora generantur: inferiora vero corrũpũtur ꝛ in exalationes resoluũtur. tempore vero hyemali econtra elementa inferiora generantur/superiora vero corrumpuntur et in pluuiam decidunt. ¶ Secũdo ibi: sunt autem elementa ponit elementi diffinitionem pro maiori precedentiũ declaratione que talis est. elementa sunt quedã corpora simplicia. i. nõ mixta ex aliis corporibus que tamẽ in partes diuersarũ formarũ aut naturarꝝ a se inuicẽ vel a toto minime diuidi possunt. Licet aũt elementa nõ sint mixta corpora ex eorꝝ tamẽ adinuicẽ cõmixtione omnia alia corpora fiunt que in quinq̃ȝ modos generatorꝝ corporꝝ distinguntur.

Quinq̃ȝ gradus mixtorũ corporũ.

In primo gradu ꝛ infimo sunt mixta imperfecta que dicũtur impressiones metheorologice. In secundo lapides ꝛ mineralia omnia que dicuntur mixta inanimata. In tertio vegetabilia et plante. In quarto bruta animalia. In quinto ꝛ perfectissimo gradu sunt homines. Hec tamen diuersitas mixtorꝝ corporꝝ vt dicit̃ in secũdo de generatiõe non ex diuersitate miscibiliũ sed ex diuersa eorꝝ adinuicẽ porportione contẽperamentoq̃ȝ prouenit ꝛ vnũquoq̃ȝ mixtorꝝ corporꝝ naturam predominantis elemẽti insequitur ꝛ ab eo denominatur vt dicitur in primo celi.

Utrum sint quattuor elementa

¶ Circa predicta sciendũ est primo q̃ actor presupponit ꝛ nõ probat hic quattuor esse elementa eo q̃ omniũ ferme phõrꝝ sententiã huic cõclusioni fidẽ facit. et nemine discrepante omnes tã phisici q̃ medici astrologi quoq̃ȝ methaphisici ꝛ theologi plane fatentur quattuor esse elementa. Accedit ꝛ alia ratio potior. decet enĩ sicut ꝛ medicũ (vt Auicenna in canone recte dogmatizauit) ita ꝛ astrologum in hoc phisico credere. omnis quidem inferior artifex credit pricipia sibi a superiore tradita ꝛ non nititur ea probare: quoniã hoc excedit eius facultatẽ magistrũ talis. Unde nõ interest astrologie que phisice subalternatur scientie probare quattuor esse elementa sed credere.

Ratiões aristotel̃ ad hoc.

Probat enim eorꝝ numerũ magnus phisicus Aristoteles precipue tribus i locis sue phisice: primo in quarto de celo ex numero qualitatũ motiuarũ secundũ locũ. deinde in secũdo libro de generatione ex quadruplici possibili qualitatum primarũ actiuarũ ꝛ passiuarũ adinuicẽ cõbinatione. tertio in primo metheororꝝ ex diuersa ꝛ multiplici in materiã elementarem celestiũ corporꝝ actione. Si aliqua tamen probatio astrologica pro hac conclusione adduci posset non multum differret ab ista tertia Aristotelis ratione.

Ratio astrologorũ ad hoc

vnde et Ptholemeus in prima parte quadripti: et Albumazar in primo tractatu de magna coniũctionib⁹ oẽs astrorũ influẽtias ad quattuor elemẽtorũ cõplexiones reducũt: quasi elementa ipsa ex celorũ ꝛ astrorũ motib⁹ sue distictionis trahãt originẽ.

Aliq̃ negauerũt elemẽtũ ignis

¶ Aliqui tamẽ elementũ ignis negare voluerũt tali persuasi ratione. si enim vt aiunt inter nos ꝛ celũ esset ignis ita magnũ corpus vt ponitur videremus ipsum ꝛ nõ tãdiu lateret nos. vel enim esset ignis lux vel flãma vel carbo. has nãq̃ȝ tres species ignis philosophus in quinto thopicorũ distinguit. quia igitur nihil horũ etiã in summa serenitate noctisq̃ȝ obscuritate videmus cõcludunt nullum ibi esse ignem.

Contra eos.

Sed isti decipiũtur nesciẽtes ad questionẽ quã argumentũ proponit respondere. ignis enim in decuplo aere rarior est: quia fortius a celo agitatur trahitur ꝛ mouetur. motus aũt causa calefactionis ꝛ rarefactionis ponit̃ in primo metheororũ. si igitur aer ꝑpter suã raritatẽ visum non terminat nec a nobis videtur nisi de per accidens ingrossatus: multominus ignis in propria sphera videri poterit: nisi aliene materie et grossiori icorporatus. Distinctio aũt illa ignis triplicis incõuenienter adducitur. est enĩ de mẽte quorũdã ãtiquorũ et satis i hoc delirantiũ. lux siquidẽ cũ sit qualitas non condiuiditur sub eodem genere ꝑprimo carboni aut flãme/que substantie ꝛ corpora sunt. Item flãma et carbo nõ specie sed accidente differũt. vñ et candẽ distinctionem Aristoteles ibidem post pauca refellit exempla enim naturalia aut moralia que Aristoteles in libris logicis ponit nullius sunt auctoritatis.

Multiplex acceptio elementi

¶ Sciendũ secundo q̃ elementũ vt phũs dicit in quinto methaphisice ꝓprie loquendo sola materia prima dicitur. Est enim elementum ex quo primo cõponitur res cum insit indiuisibili ſm speciem: q̃d proprie nõ conuenit nisi materie prime. ea quidẽ simpliciter prima est in rerũ naturaliũ compositione. est enĩ subiectũ et fundamentũ totius actionis naturalis. Extenditur tñ vocabulum elementi q̃nq̃ȝ ad oẽ principium intrinsecũ rei quomodo capitur ſm quosdam a philosopho in pricipio ꝓhemii phisicorũ cũ ait quarũ sunt principia cause aut elementa. Transumitur etiam quãdoq̃ȝ idem vocabulum ad significandũ omne primum in aliquo genere rerũ quomodo litteras elementa grãmatici vocant. Principia etiã cuiuslibet scientie eius elementa dicũtur. vnde dicimus librũ elemẽtorum geometrie Euclydis illum in quo et pricipia et precipuas geometrie cõclusiones tradidit. Prima insuper corporum ignis: scilicet aer/aqua/ꝛ terra transumpto vocabulo elementa dicuntur in quo sensu vtitur Aristoteles hoc nomine in plerisq̃ȝ sue phie passibus. non tamen ea simpliciter elemẽta dicit sed vocata elementa corporũ vt patet in scd̃o de generatione et primo metheororum: per hoc videlicet innuens non proprie sed trãsumptiue hec quattuor corpa elemẽta dici. Auctor etiam iste in hoc sensu elementa diffinuit pro primis scȝ corporibus/que ex aliis mixta non sunt: sed alia omnia ex ipsis. Textus. Est autem terra. Declarat ordinẽ elemẽtorum et primo facit hoc. secũdo causam ordinis assignat ibi: sic enim ea. Ordo autem elementorum talis est q̃ terra est sub omnibus elementis ꝛ in medio oĩm corporũ velut eorũ et totius mundi

centrum sita. et immediate super ipsam et in ei⁹
circuitu est aqua. super aquā aer. sup aerē ignis
qui immediate celum lune attingens purus et
non turbidus illic residet. Per circa autem se-
pe repetitum auctor supra vel in circuitu intel-
ligit In rotundis enim concentricis siue circu-
lis siue corporibus quod alterum circuit et am-
bit supra illud est: quia a centro distantius. cen-
trum autem locus inferior est: circunferentia ve-
ro superior vt dicitur in quarto de celo. Dicitur
notanter ignis purus et non turbidus. purus
quidem propter immixtionem aliene nature. vt
enim dicitur in primo metheororū vel elemen-
tū simplex nullibi est vel si alicubi in loco ignis
est. extrema etiam mediū elementis sunt simpli
ciora et magis pura minusqꝫ mixta vt dicitur i
secūdo de generatione. Ignis etiā non turbid⁹
dicitur qꝛ eo vapores non ascendunt neqꝫ ibi nu
bes generantur vt enī habet philosophus in pri
mo metheororum non modo in sphera ignis ve
rū nec in suprema aeris regione nubes constare
coagulariqꝫ possunt. ¶ Textus. Sic enim ea.
Dat causam predicte ordinatiōis elementorū
et ne posset in errore deprehendi recurrit ad su-
premam omnium causam que est diuina volun-
tas dicens ꝙ deus sua infinita bonitate et sapi-
entia qua elementa formauit cognouit quis lo-
cis vnicuiqꝫ corꝫ iuxta meritum sue nature de-
beretur et talē locum ei delegauit. Sicut enī ꝙ
sint quattuor elementa ratio naturalis assigna
ri potest preter diuinā voluntatē. curant in hac
materia potius ꝙ̄ in alia formā terre de⁹ posuit
in illa vero formam ignis: nulla alia pōt a volū
tate dei reddi cā. Similiter ꝙ sint quattuor prin
cipalia loca corporū in regione elemētari cause
alique secūde assignātur. cur aūt in hoc loco po
tius ꝙ̄ i illo deus terrā aut ignē posuit sola dei
voluntas est causa. vnde Aug⁹ super Johannē
et in libro de predestinatione sanctorꝫ propter si
miles questiones dicit. noli querere si nō vis er-
rare. Circa hoc est aduertendū ꝙ sicut astrolo-
gi nō est elementorū numerum probare sed sup
ponere: sic neqꝫ eorꝫ ordinē sed hoc est superioris
scilicet phisici. probat eñ hunc ordinem Aristo
teles ex elementorum qualitatibus motibus in
quarto de celo. item ex diuersa corporis celestis
actione super elementa in primo metheororum
Ordinem tamē hunc sensibilibus signis cogno
scere textus infra mōstrabit. ¶ Textus. Quo
rum trium. Proponit elementorum figuras et
primo facit hoc: scđo dat exceptionem de aqua
ibi. nisi ꝙ̄tum. Figure elemētorum vt dicit om
nes sunt circulares et rotunde terra quidē sphe
rica est alia vero tria elementa orbicularia cor-
pora. sed huius rei causas et signa inferius vide
bimus. ¶ Textus. Nisi ꝙ̄tum. Facit exceptio
nem de elemento aque dicens ꝙ aqua circulum
non complet neqꝫ est oīno rotunda cuius duas
causas assignat. vnam efficiētem sed naturalem
ex terre siccitate que continuo in humidū aque-
um agēs aquam diminuit vel saltē ei resistit ne
possit totam terram cooperire vnde nec figurā
circularem complere Alteram causam assignat
finalem et supernaturalem scilicet diuinam pro
uidētiam que sic voluit aquam dimittere ne to
tam cooperiret terram propter vitam quorun-
dam animalium tuendam. vt enim dicitur in se
cundo de generatione: omnia fere mixta supra
terram sita esse oportet / eo ꝙ ī omnibus eis su-
perabundat terra: quedam autem istorum sub
aquis diu durare nō poterant. videlicet anima-
lia sanguinem habētia. talia enim omnia respi-
rant ad cordis et sanguinis refrigerium vt dici
tur in secundo de anima. (pisces autem sangui-
nem non habent nec respirant / aliquem tamen
humorē habent sanguini proportionalem) ideo
oportuit aliquam partem terre discoopertam mā
sisse i mundi creatione ad talium animantium
vitam conseruandam. Quidam autem aliam
tertiam causam huius rei assignant. quia vnū-
quodqꝫ maxime est in loco sue nature congruē
et proportionato in omnibus autem mixtis su
perabundant tria elemēta terra scꝫ aqua et aer
locus igitur oīm fere mixtorum debuit esse ille
in quo concurrunt hec tria elementa hys enim
maxime natura mixtorum cōseruatur hic autē
locus dari non posset nisi terra alicubi esset a-
quis discooperta. ¶ Circa hoc est notandum
ꝙ licet secunda harum causarum indubie sit ve
ra: nam hoc expresse habetur in sacra scriptura.
Genesis primo diuisit deus aquas ab aquis et
paulo post dixit deus cōgregentur aque in vnū
locum et appareat arida vocauitqꝫ deus aridā
terram et congregationes aquarum appellauit
maria. Tamen de prima causa quam auctor as-
signat magna incidit ambiguitas. cum quia om
nis actio sit a proportione maioris inequalita-
tis agentis ad passum: vt dicit̃ in primo de gene
ratione. terra aūt multo minor est aqua. vnde nō
videtur probabile ꝙ tantilla terra tantā aqua-
rum multitudinem possit a se propellere. Tum
etiam quia quereretur ab auctore quare magis
ex ista parte ꝙ̄ ex opposita terra obsistit aque
cum tamen ipsa sit corpus homogeneum et si-
milis nature et virtutis in omnibus suis parti
bus vnde difficile videtur per naturam causam
huius rei assignare. Nisi forte diceretur vt ali-
qui dicunt ꝙ terra non solum propriis viribus
sed etiam a superioribus corporib⁹ valde adiu
ta et corroborata hanc aquarum propulsionem
causat seseqꝫ discooperit. dicunt enī hij ꝙ in par
te septentrionali iuxta polum nostrum sunt que
dam stelle de natura saturni frigide et sicce ille
scilicet que sunt in duabus vrsis et drachone vt
apparet in Almagesto Ptholemei regis egipti
et in tabulis Alphonsi hispaniarum et romano
rum regis. quarum quidem stellarum assiduis
impressionibus influentijsqꝫ siccitas terre forti
ficata aquas in oppositam partem mouet. vnde
semper terra in parte septentrionali detecta re-
manet. Et per hoc posset responderi ad dubium
et ad predicta argumenta. Ad primum enim di
ceretur ꝙ terra sic fortificata se habet in propor
tione maioris inequalitatis in sua actione ad a-
quam Ad secūdū similiter diceret̃ ꝙ in alia parte
celi non sunt stelle tales nec taliter se habentes
ad terrā sicut in parte septētrionali. Vñ Aristo
teles forte hac ratione motus dicit in scđo me-
theororum ꝙ tota habitatio versa est ad arctū.
¶ Et si aliquis adhuc instaret ꝙ nō videtur p
babile si deus a principio totam terram coopertā
aquis reliquisset: eisdem tamen stellis eiusdēqꝫ

Vtrū p-
dicte cau
se sint ve

obiectio

Solutio
astrolo-
gorum.

Replica

virtutis et in eadem parte celi existētibus cum concursu etiā generali dei ꝙ per actionem natu ralē siccitatis terre ī humidū aqueū potuissent

Solutio

aque maris sic expelli ꝛ terra discooperiri. Diceretur ꝙ forte fuisset possibile terrā sic naturaliter discoopertā fuisse aquis. et tamen illo admisso nō sequitur stellas istas nō cōcurrere aut nō coagere ad p̄fatā terre discoopertionē. possibile em̄ est ꝙ deus sua infinita potentia primā terre discoopertionē fecerit sed post hanc factā ad eius conseruationē has secūdarias cās subdelegauit. vt em̄ ait Augustinus: deus supnaturaliter oīa ꝯdidit permittit tñ ea naturaliter operari. vel pōt dici vt aliqui volūt ꝙ terra non est in medio firmamēti precise quo ad centrum sue magnitudinis ideo nō totaliter aquis est cooperta nō quidē quia ipsa aquis resistat sed potius quia grauitas aque eam a medio expellit. vñ isti aquā in loco suo cōcedūt nō terrā. primi

Solutio theolo.

vero econtra. Si tñ iste modus dicēdi alicui nō placeret oporteret dicere ꝙ hec terre discoopertio nō solū miraculose ꝛ supnaturaliter incepit sed etiā miraculose in esse conseruatur propter vitā quorūdā animātiū tuendā. eo ꝙ nulle vires quarūcūqꝫ causarū naturaliū ad hūc effectum sufficiūt: et hoc videtur sacra scriptura innuere prouerbiorū octauo cum inquit: qñ circūdabat mari terminū suū et legē ponebat aquis ne trāsirent fines suos et in psalmo .103 posuisti terminū quē non transgredientur neqꝫ cōuertentur operire terrā ex quibus duobus passibus videtur terre discoopertio nō solū in fieri sed etiam in conseruari sola dei potentia depēdere ꝛ ꝙ miraculū est ꝙ aque nō cooperiāt terrā. ¶ Tert⁹ Omnia etiā Proponit elementoꝝ motū dicēs ꝙ tria superiora elementa motu ꝯtinuo circulariter ferūtur. rapiūtur enim vi motus celestis. sola autē terra infima imota manet nō solū circulariter sed etiā motu recto. cuius duas videtur tangere causas. prima est nimia eius distantia a corporibus celestibus ꝛ hāc ponit cū dicit que vt centrum mūdi. vnde non potest sic trahi in girum sicut alia elemēta que magis celo appropinquant. secūda causa est terre grauitas ꝙ semper eam in medio detinet et hanc tangit cū subdit ponderositate sui ex hijs igitur duobus sequitur terra naturali quiete centrum mundi possidere: sed de hoc elementorum motu ꝛ quiete postea latior erit sermo.

¶ De forma mundi quoad ethe ream regionem

De celorum substantia

Circa elemētarem quidē regionē etherea regio lucida. a variatione omni sua imutabili essentia imunis existēs. motu cōtinuo circulariter incedit et hec a philosophis quinta nūcupatur essentia. Cu

De eorū numero p̄ma opinio

ius quidem regionis plures sunt sphere. quidā tamen nouem solū eas posuerunt spheram scꝫ nonā que primus motus siue primū mobile dicitur. spherāqꝫ stellarum fixarum que firmamentū nūcupatur. et septē spheras septē planetarū saturni videlicet/iouis/martis/solis veneris mercurii et lune. quarum quedam sunt maiores: quedam minores secundū ꝙ plus vel minus accedunt vel recedunt a firmamēto. vnde inter illas sphera saturni maxima est: sphera vero

Secūda opinio

lune minima. Alii vero preter has decimam faciunt spheram quam primum motū siue primū mobile: spherā aūt nonā secūdū mobile dicūt. sub hiis etiam octauā spherā septēqꝫ planetas vt predicti collocant. Istarū autē spherarū que-

De figura celoꝝ.

libet superior inferiorem orbiculariter

De motibus celoꝝ

circundat. Quarum quidē duo sunt motus. vnus enim est celi vltimi super duas axis extremitates scꝫ polum arcticū et antharticum ab oriente per meridiē in occidentē iterum rediens ī orientem quē equinoctialis circulus per medium diuidit. Est et alius inferiorū spherarū motus per obliquū huic oppositus sup axes suos distātes a primis viginti tribus gradibus triginta tribus minutis.

Cōparatio motiuum. et coꝝ tpa.

hunc siquidem motum secundū diuidit per mediū zodiacus sicut et equinoccialis primum. Sed primus motus oēs alias spheras secum īpetu suo rapit infra diem et noctem circa terrā semel. ille tamen cōtra nitentes per zodiacum circulum ī diuersis spacijs tēporum ab occidente vers⁹ orientē reuolutōes suas perficiunt. Ut nona sphera in quadraginta nouē millibus annorum percurritqꝫ in ducētis annis gradum vnum ꝛ viginti octo minuta zodiaci fere. secū tali motu octauā spherā et oēs auges planetarum preterqꝫ lune secundum lōgitudinē rapiens. Octaua vero sphera ꝓprio motu scꝫ trepidatiōis seu accessus et recessus in septem mille annis circulū paruū describit. pertrāsitqꝫ gradū vnū zodiaci quādoqꝫ qdē in centū ānis: quādoqꝫ vero in sexaginta: nonnūqꝫ autē in alio annorum interualo. Saturnus autem ī triginta annis. Jupiter in duodecim. Mars in duobus. Sol in trecentis sexaginta quinqꝫ dieb⁹ et fere sex horis. Uenus et Mercurius similiter vt sol. Luna vero in vigenti septē diebus et octo horis circulos suos complet.

¶ Hec est scđa particula scđe ptis vbi auctor p
ponit qualis sit forma mundi quo ad regionem
etheream: ⁊ ꝑponit quattuor: pmo hui⁹ regionis
diffinitione. scđo eius diuisionē ibi cuius quidē
numerū ⁊ ordinē spherarū celestium declarans
tertio ꝑponit celoꝝ figuras ibi istarum autem
quarto eoꝝ motus ibi quarū quidē. ¶ Descri-
ptio ergo etheree regionis sic intelligenda est.
regio etherea vel celestis est illa mūdi ps q im-
mediate supra regionē elemētarem sita est q ex
natura sua lucida est. ab oī transmutatione qua
aliquid abicit a re oino aliena cuius motus p
petuus est ⁊ sine fine. a quattuor elementoꝝ na
turis essentia differens. In qua quidē diffinitio
ne quinqꝫ huius regionis laudabiles pprieta-
tes enumerantur quib⁹ regionē elemētarē lōge
antecellit prima sumitur ex eius situ ⁊ loco. qr
regio etherea est supra regionē elementarē ideo
sicut continens contento ei compat ⁊ loc⁹ oīs
vniuersi eo nobilior a phis putat quo superior
existit. qr a corruptibilib⁹ illis remotior ⁊ diui-
nis illis orbiū motoribus optima vita fruenti
bus nec tēpore senectā aut aliā inueterationem
suscipientib⁹ ppinquior ⁊ vicinior. Secūda ei⁹
pprietas que tangit ibi lucida sumit ex ei⁹ na-
turali qualitate scꝫ luce que multo preciosior ē
proprijs elementoꝝ qualitatibus. Hec nāqꝫ a-
ctiue ⁊ passiue cōtrarieqꝫ adinuicem sūt mutuā
pugnam ⁊ reluctamen habētes sese ⁊ alias res
ad interitum ⁊ corruptionem ducētes qr de eis
dictum est passio magis facta abicit a substan-
tia. Lux vero que qualitas ē pmi corporis al-
terantis sed in alterati nulli alteri est cōtraria
nec alicuius in ipam actione detrimentuꝫ susci
pit nullā etiā rē ad corruptionē ducit sꝫ potius
hijs oibus inferioribus vitam esse ⁊ durationē
influit huius preterea susceptiuum q dyapha-
num est semper i vltima se habet ad ipsaꝫ dispo
sitione eaꝫ eīn fere in instanti totum mediū illu-
strat. mirabiles sed latentes effectus habet. no
bilissimi sensus scꝫ visus obiectū est de hac etiā
sola qualitate tota vna scientia inter mathema
ticas ⁊ phicas elegantissima scꝫ perspectiua p-
fundissimas theorias tradit. Tertia huius re-
gionis notabilis proprietas que notatur ibi a
variatione oīm, ⁊c. accipit ex eius intransmu-
tabilitate. est eīn talis nature hec etherea regio
q nec alterari nec augeri aut minui neqꝫ etiam
generari aut corrūpi queat vt dr in primo ⁊ se-
cundo de celo ab oī siquidem motu ad formam
est absoluta immunis ⁊ libera celorū substātia
cuius oppositū de elemētis diximus. Quarta q
ibi ponitur motu ꝑpetuo ⁊c. attendit penes ei⁹
motū localē qui circularis cōtinuus ⁊ ppetuus
est eo q semp in suo principio ⁊ fine existis nūqꝫ
interrumpit. vt dicit phūs in pmo metheororū
nec vnqꝫ ipm cessare contingit ppter continuas
rerum generationes ⁊ corruptiones saluandas
vt habet in scđo de generatione. motus aūt ele
mentorū rectus est ⁊ cito finē facit. Quinta ppe
tas que ponitur ibi ⁊ hec a phis sumitur ex hu-
ius regionis natura substantia vel essentia. non
ei est celū elementū aut elementatū sed alteri⁹
quinte immixteqꝫ nature a quattuor elementis
valde semote: ideo inter corpora substantia ce-
loꝝ dicitur qnta essentia eo q ab alijs quattuor

[Marginal notes, left: Quinqꝫ pprietates etheree regionis — Prima — Secūda — Tertia — Quarta — Quinta]

elementis corpus essentia distinctū sit. ¶ Sed
circa predictā diffinitionē est sciendū q de natu
ra ⁊ substātia celoꝝ ⁊ stellarū magna fuit phō-
rū diuersitas. antiqui enī (quoꝝ precipuus fert
ampedocles vt Aristoteles tradit in scđo de ce
lo ⁊ in primo metheoroꝝ) putauerunt celos esse
de natura aeris: astra vero de natura ignis. Sꝫ
Aristoteles ⁊ oēs phi. post eum sbām celorū et
stellarū quintā essentiā corporalē dixerūt idest
naturam distinctā a quatuor elementoꝝ ⁊ mix
torum naturis. Et contra predictos antiquos
multis rationibus arguunt sed potissima Ari-
stotelis ratio hec est: oīa elemēta sunt adinuicē
cōtraria naturaliter actiua ⁊ passiua et sese cor-
rumpētia qr q virtuosius est/corrūpit debilius
cognituꝫ aūt ē theorematibus astrologicis ter
ram nō mō celis sꝫ etiā quibusdā astris eē mul
to minorē sir ⁊ aquā. si ḡ celi ⁊ astra elementa
ris essent nature iādiu hec duo elemēta ppr im
moderatū excessum ꝟtutis corrūpissent ⁊ in sui
naturā redegissent. Et nē qr oīa elementa certā
adinuicē hūt pportionē no ḡ est possibile q aer
vel ignis tā iproportionabiliter se habeāt ad a-
quā ⁊ terrā sicut celi ⁊ astra se habet ad eadem
consequētia est manifesta sꝫ aūs pbat qr in ho
mogeneis sicut se hꝫ ps ad pte (intelligendo de
ptib⁹ eiusdē denoīatiōis) ita existiare oꝫ ⁊ totū
se hre ad totū. ꝯstat aūt ptē ignis ad ptē aeris
vel ptē aeris ad ptē aque aut ptē aque ad ptem
terre se habere solum in ppōe decupla. qr scꝫ ex
vno pugillo terre fiunt decē pugilli aq̄ ⁊ ex vno
aque fiunt decem aeris et ex vno aeris decem
ignis. oportet ergo quelꝫ duo elementa pxima
solum in proportione decupla et subdecupla se
habere qualis proportio no est celi ad aquam ⁊
terram. celi ḡ ⁊ astra no sunt elemētaris nature
sed alteri⁹ quīte ingenite incorruptibilisqꝫ ⁊ ab
oī motu ad formā penit⁹ imunis vt etiā auctor
in textu dicit. ¶ Et licet oēs moderni phi cum
Aristotele in hoc cōcordent est tū inter eos ali-
qua diuersitas quidā enī eoꝝ celos ex materia
⁊ forma ponūt ꝯpositos. materia quidē no sub
iecta alicui trāsmutationi ad formā eo q vt di-
cunt tota illius materie potentialitas sua forma
est actuata ⁊ sociata ⁊ ad nullā aliā formā ē vl-
terius in potentia. quidam tū eoꝝ hāc materiā
eiusdem rōnis ⁊ speciei cum materia generabi-
lium ⁊ corruptibilium dicunt. alij vero diuerse.
Sunt ⁊ alij qui celum simplicem sbām ponunt
quoꝝ pcipuus est ꝯmentator Auerroys. Quas
quidē phorū diuersitates (qr de mēte Aristote
lis circa hoc nō ꝯstat) nūc relinquim⁹. vtraqꝫ eīn
pars satis pbabilis est ⁊ doctores sollempnes
habet fautores. hoc tū vnū certo scim⁹ Aristo
telem sensisse celestia corpora illius quinte essē
tie (quā diximus ab elementis ⁊ mixtis distictā)
esse. ¶ Stellas aūt eiusdē nature cū suis orbi-
bus ponit in scđo de celo ⁊ in pmo metheoroꝝ
ptes enī sunt corporꝫ homogeneoꝝ. Differunt
tū stelle a suis orbibus accidētaliter in duobus
primo quidē densitate ⁊ raritate qr stelle sunt den
siores cōpactioresqꝫ partes orbiū vt expresse di
citur in pmo metheoroꝝ sicut enim in corpore li
gneo aliqua pars est valde densa et compacta
(eiusdem tamen nature cum toto) quam dici-
mus nodū ligni: sic ⁊ in celis partes densiores

[Marginal notes, right: Cui⁹ nature ē celum. — Pria rō — Scđa rō. — Diuersitas modernorū circa hec pria opinio. — Secūda opinio. — Tertia opinio. — De natura stellarum]

De macula lune.

stelle sunt. quod autē hec dīe rari et densi in partibus celi sint argumentum sumit Aristoteles ex luna in cuius partibus hec diuersitas manifestissime apparet quia partes ille obscure (que macula lune dicūtur) rariores sunt: lucide vero partes densiores. Scdo differūt stelle a suis orbibus in luce et claritate quia stelle ꝓpter sui cōpactionē et dēsitatē corpora specularia sunt que radios solares ad ipsas emissos reflectere possint: alie vero partes celoꝝ eo ꝙ rare sunt et perspicue admodum cristalli aditum facilē radijs prebent nec sensibilem eoꝝ faciunt reflexionem vnde et partes lune densiores lucide sunt ꝓpter dictam radiorum solarium reflexionem. rariores ꝟo obscure manēt qꝛ tales radios trāsire permittūt. Nomē ergo stelle duo dicat partē .s. celi densiorem et lucem solarem ab ea repercussam.

Utrū stelle habeant ꝓpriam lucē.

¶ Utrū aūt stelle lucē aliquā habeāt sibi ꝓpriam pter lucē solarē ab eis reflexā dubiū est probabilius tñ videtur ponere vnū primū fontē luminis a quo quicquid lucis in alijs est deriuet. Et item qꝛ mirū est si stelle proprium lumē hn̄t ꝙ illud nō sit sensibile a nobis cū videam⁹ lunā hora eclipsis eius qñ .s. primariū lumē solis non percipit nullā habere lucē etsi colorē videatur hr̄e: eo ꝙ vmbra terre non oino est tenebra sed lucem secūdariam solis habet. vmbra enim vt dnt perspectiui est lumen diminutum vnde et luna eclipsata aliquid lucis solaris recipit .s. lumen secundariū et propter hoc colorata videt si tamē oino luce solis careret nullomō lucida aut colorata appareret. Et isup qꝛ ex quo stelle sufficienter a sole illuminātur non videt ad qd deseruiat illa lux ꝓpria stellarū. deus eñi nichil frustra fecit sed oīa disposuit suauiter. Nisi forte dicatur ꝙ illa lux ꝓpria dat luci solari certā virtutē quā nō habebat ex sole: quia sm astrologos lux solis in saturno īfrigidat / et in marte calefacit / in luna vero humectat: et sic de alijs virtutibus in alijs stellis. Hee tamen diuersitates eque bene saluātur sola luce solis posita in stellis. cū eñi oē accidēs admodū subiecti recipiat: sm ꝙ lux solis ī diuersis corporibus recipitur diuersos effectus cpat. sicut etiā idē calor ignis cerā et butirū liquefacit: lutū aūt et massā indurat.

De scintillatiōe stellarū.

¶ Sed aduertēdū ꝙ stellarum quedā sunt scintillantes .s. fixe. alie nō scintillāt vt planete. scintillationis tamen causaꝫ difficile ē cognoscere. Quidam eñi immoderate distantie et visus debilitati eā ascribūt quorum opinionē Aristoteles in primo posteriorū in exemplū adducit. Alij vero motum celi continue angulos irradiationis solaris variantem cām esse dicūt. Alij aūt ex visus conamine vltra suā facultatē circa obiectū valde apprehēsibile ī ꝓportionabiliter distās hoc prouenire putāt. Sed neutra harū causarū se sola videtur sufficere. tū qꝛ multa corpora nobis ꝓpinqua et luce forti solis superfusa videntur in dieb⁹ estatis scintillare vt tegule domoꝝ et parui colles. ferrea quoqꝫ et aurata corpora. Tū quia planete qui non scintillant eque bene mouētur cū primo mobili sicut stelle fixe. Tū etiaꝫ quia multe stelle fixe facili⁹ oculo presentātur ꝙ̄ planete aliqui. vnde nec visus tm̄ circa eas conatur sicut circa planetas et nichilominus stelle fixe scintillant oēs: planetarū autē nullus: nisi forte saturnus omniū supremus qui stāte borea videtur scītillare. Oēs tñ iste cāe simul vnā totalē cām valde probabileꝫ efficiūt. cū eñi angulus radij solaris cū supficie stelle fixe sit magn⁹ et visui bene ꝑceptibilis ꝓpter maiorē a sole distantiam: ille autē ex motu proprio solis et ex motu ꝑmi mobilis ꝯtinue variatur: et cū visus ꝓpter distantiā magnā aliquomō conetur nec possit plene de obiecto distincte iudicare: ideo lumen stelle fixe videt scintillare variatio eñi sensibilis facit quandā in sensu vibrationem. In planetis aūt ꝓpter solis ꝓpinquitatem nō fit ita magnus angulus et quia prope terrā sūt nō ita celeriter mouētur nec visus ita conatur. vñ planete nō scintillant.

¶ Textus. Cuius quidem ragionis. Ponit etheree regionis diuisionem numerū scꝫ et ordinem celestiū corpoꝝ declarās. vbi ꝑmo celoꝝ numeꝝ in ꝯfuso tradit dicens ꝙ tota illa celestis regionis cōgeries nō vnicū sed plura sunt corpora adinuicē distincta que plures sphere vel orbes proprie dicūtur.

¶ Scdo ibi. quidā tamē. ponit celorū numerū certū et determinatum vbi tāgit duas modernoꝝ astrologorum famosas sententias. Illam autē phōꝝ (que tēpore Aristotelis vigebat) de octonario celorum numero opinionē vel minus ꝓbabilē auctor relinquit.

De nona sphera.

Prima igitur harū que Ptholemei Thebit et Alphragani alioꝝ multoꝝ fuit sentētia ponit nouē tm̄ eē celestes spheras. quarum prima (que omniū suprema atqꝫ aliarū periferia est. quā etiā auctor spherā nonā a luna cōputando nōiauit) prim⁹ motus siue primū mobile a phīs dicit. a theologis vero tū celū cristalinū tum aqueū nō quidē a proprietate et natura sed ab oimoda dyaphaneitate (eo ꝙ nullā habeat stellā) vocitat. vnde Genesis primo hētur ꝙ diuisit deus aquas que sunt supra firmamentū ab aquis que erant sub firmamēto. Et in Daniele dr Benedicite aque oēs que super celos sunt dño. et item in psalmo Aque oēs que sup celos sunt laudēt nomē dñi. que oīa sm sacros doctores de hoc celo ad litteram sunt intelligēda. qd aquarū noīe in scriptura significatur. Fuerūt tñ alij veras aquas supra celū esse credentes ad motus et caloris illius refrigerationē ne scꝫ ꝓpter nimiā talis motus velocitatē ignis inde generaret qui et celū et oīa hec inferiora facile consumeret. ideoqꝫ textum scripture sacre de naturalibus et veris aquis isti intelligebant. Hoc idem etiam celuꝫ quidā idesse dicūt ꝙ summa ī serenitate diurno tpe apparantiā azurini coloris facit. Hāc tamē apparentiā alij medie regionis aeris dēsitati attribuūt. celos autē pre nimia eoruꝫ raritate nobis inuisibiles putant.

De octaua sphera.

Secūda sphera sub illa descendēdo est celū stellatū siue sphera stellarū fixarū que ī sacris litteris firmamētū nūcupat dicitur eñi Geñ. primo. Fiat firmamentū ī medio aquarū: et diuidat aquas ab aquis. et ideo forte firmamētuꝫ dicitur quia in eo sūt oēs ille stelle quas fixas diximus.

Differentia stellarū fixarū et planetarum.

Sunt eñi stellarū celestium hee quidem fixe aut aplanos / idest sine errore dicte que scꝫ ad seipsas semꝑ eūdem sitū et distātiā habeant et hee oēs in firmamēto posita sunt. alie vero stelle erratice vel planete errantes dicuntur que scꝫ non semper adinuiceꝫ

vel ad fixas stellas eodē mō distant. sed nūc in coniūctiōe nūc ī oppositiōe nūc aūt ī aliis aspectibus seu distantijs se hñt. Et hee septem sole sunt quarum quelibet vnā & determinatā spheram celestē sibi vēdicat. Quidā vero has ideo erraticas volunt dici quia errant idest deuiant a via solis non eñ mouenꝫ p lineā eclipticā in zodiaco sicut sol. Sed hoc friuole dictum ē qñquidem & sol ipse etiā inter erraticas stellas cōputatur qui tñ a via sua nō deuiat.

De planetarum spheris

Sub hac autē stellifera sphera ponunꝫ septē alie sphere septē planetarū quarū prima descendendo est sphera saturni. scđa iouis. tertia martis. quarta solis. quinta veneris. sexta mercurij. septima vero lune. que nobis vicinior est & regionē elementarē immediate cōtingit.

Ordis planetarum v̄sus

Ordo aūt planetarum habetur per hūc versum. Sim sum sequiꝫ vltima luna subest. p primam litteram prime dictionis intelligitur saturnus. per secūdā iupiter. per tertiam mars. similiter per tres alias līas seqñtis dictionis significanꝫ sol venus et mercurius et post istos sex luna sequitur. Si autem computationem & ordinē harū nouē spherarū ascendendo habere voluerimus hos versus retineamus Luna stat ī p̄io. mercuriusqꝫ secūdo. Ac venus in terno. sol vult lucescere quarto. Mars nitet in quinto. sed iupiter ordine sexto. Saturn⁹ celo septeno sistitur alto Octauo celo tibi stellas esse reuelo. Stat cristallinuꝫ super istos luce serenum. Et ꝭm hanc computationem phi celum stellatum octauam spheram vocant primuꝫ autē mobile nonā spherā. Et inter spheras planetarum vt dicit textus quedā sunt maiores ille scꝫ que plus accedunt ad firmamentum et plus recedūt a nobis. quedā sunt minores ille videlicet que plus recedunt a firmamento plusqꝫ accedunt ad nos. vñ inter illas septē sphera saturni maxima est. sphera vero lune minima.

Denūeto celoꝝ ꝭm modernos res.

¶ Alia vero astrologorum modernorum & recentiorꝫ scꝫ Alphonsi regis hyspanie Johānis de lignerijs Georgij purbachi Johannis de monte regio pluriūqꝫ aliorum sententia fert & q̄dē satis ꝓbabiliter p̄ter has nouem spheras iaꝫ dictas & super eas omnes aliam decimā esse spheram quequidem primū mobile simpliciter est & vnico / simplicissimo / regularissimoqꝫ motu diurno circunfertur. nona autem sphera ꝓprie ꝭm mobile dicitur nanqꝫ motu duplici fertur vt postea apparebit. sub hijs autem duab⁹ etiam isti octauam spheram triplicem habentem lationeꝫ septemqꝫ planetarum spheras collocant et ordinant sicut alij.

De celo empireo

¶ Preter hos celos naturaliter cognitos sacri theologi celum aliud empyreuꝫ id est igneū ponunt non quidem a proprietate & natura sed a resplendore sic dictum quod (quia locus beatorum et quietis est) immobile asserunt. vtrum autem in hec inferiora sicut ceteri celi influat satis dubitant. sed partem affirmatiuam tenentes stabilitatem / permanētiā fixiorem rerum inferiorum sua quiete influere ipm dicunt. res enim inferiores propter aliorum nouem celorum citissimos motus continuo defluerent nisi huius empirei celi quiete aliquo modo detinerentur. Econtra autem alij influxum hui⁹ sphere negantes ipsam dicunt nō pertinere ad ordinem mundi corporalis. Sed huius celi tractatum (eo q̄ non via naturali sed sola fide & diuina reuelatione cognosciꝫ) merito auctor p̄terijt. solum spherarum celestium que ex motibus sunt cognoscibiles doctrinam tradere curans.

Tres notabiles qōnes.

¶ Circa hunc textum occurrunt tres difficultates. prima vtrum tota regio celestis sit vnum tantum corpus aut necessario oporteat ipsam in plura corpora ponere diuisam ex plerisqꝫ corporibus aggregatam. Secunda vtrum sint ponende decē sphere celestes lumine naturali habite aut solum nouem. hoc est vnde orta est illa opinionum diuersitas circa nūerū celoꝝ. Tertia vtrum luna sit in primo celo prope nos mercurius in secundo ascendendo venus in tertio. sol in quarto & sic de alijs. hoc est quomodo hic ordo celoꝝ cognitus ē.

ad primā qōnem cōclusio

¶ Ad p̄mā q̄stionē dicitur cōformiꝫ ad oēs phōs & astrologos regionē etherēā nō vnicū sed plura esse corpora ab inuicem diuisa & sibi contigua. Pro cuius cōclusionis euidētia supponitur primo q̄ idē mobile non potest simul fieri motibus contrarijs. dū eñ aliquis ascendit non potest simul descēdere q2 cōtradictionē implicat. similiter dū aliquid mouēꝫ ad orientē non pōt sup eisdē polis simul moueri ad occidentē. Licet eñ motui circulari proprie nullus motus sit contrarius vt dicitur in scđo de celo bene tñ est aliquis mot⁹ circularis alteri circulari incōpossibilis.

Prima suppō

Secūda suppō

Supponiꝫ scđo celos esse sibi immediate contiguos ita q̄ nihil vacui nihilqꝫ aeris aut alterius corporis elementaris mediat inter celū & celum. loca eñ elementorū determinata sunt sub celo vacuum etiam per naturam est impossibile.

Tertia suppō.

Supponitur tertio q̄ stelle non mouētur ꝑ se in celo nisi inquātū trahuntur a celo cuius partes sūt vt probatur in secundo celi. si enim aliqua earū moueretur cum ibi nihil sit vacui aut aeris cedentis mobili / oporteret q̄ continuo rumperet celum quod est impossibile per naturam.

Pria rō ad ꝯclusionem

Hijs suppositis probatur conclusio primo sic. in celestibus astris apparent multi motus vni et eidem corpori incompossibiles ergo necesse ē dicere q̄ non omnia astra sunt in eodem celo neqꝫ ad motum vnius celi omnia mouentur. consequētia est manifesta per primam et tertiā suppositiones. & probatur antecedēs: videmus nā q̄ sepius duas aut tres stellas erraticas (quas planetas dicimus) iuxta vnā stellam fixam cōiunctas post coniunctionem autem cum separantur vna earum mouetur ad orientem altera autem versus occidentem stella fixa in medio remanente. item vna declinat ad septentrioneꝫ altera ad austrum hij autem motus sunt eidem corpori incompossibiles ex prima suppositione

Scđa rō

Secūdo sic vni⁹ simplicis corporis naturalis est tantum vnus motus naturalis: si autem aliquod corpus pluribus q̄̄ vno motibus feratur necesse est dare aliud corpus cui alter illorum motuum sit naturalis & proprius et a quo primū corpus illo motu trahatur vt dicitur ī p̄io de celo. videmus autem lunam solem plerasqꝫ alias stellas plures habere motus. preter enim diurnū motū aliuṁ habent sensui manifestum vt postea dicetur ergo preter celum in quo figitur luna est dandum aliud celum mobile cui alter illorꝫ motuū sit ꝓprius & a quo celum lune

trahatur illo motu similiter erit dandū aliud celū pter celū solis ꝛ sic de aliis. tenet ꝯña ex vltima suppōne. Tertio arguitur rōne Aristotelis in secundo de celo ꝛ in secundo de generatōe sic rerum generationes ꝛ corruptiones sunt ergo plures motus ꝛ plures celi sunt. antecedens pꝫ quia cum omnia appetant esse quod est diuinitate quodā mō participare vt dicitur i secūdo de anima: idem autem numero non potest in rebus inferioribus semp esse: reliquo modo supplevit deus continuā faciens generationem et corruptionem. oportet ergo ad rerum conseruationem saltem in specie esse continuas has trāsmutationes. consequentia probatur quia vnica et vniformi existente celesti latione (qualis est motus diurnus) nō prouenirent ab ea effectus ita differētes scꝫ generatio et corruptio. Idem enim inquantū idem semper natū est facere idē oportet ergo dari plures celorum lationes. primā scꝫ vniformā que reꝝ permanētiā ꝛ durationem causet. Aliam vero aut alias diuersimode se habentes que alterationes generationum et corruptionū efficere possint et per consequens opꝫ dari diuersa mobilia corpa celestia.

Tertia ratio

¶ Ad secūdā questionē dicitur ꝙ satis pbabiliter teneri pōt decem esse celestes mobiles spheras et naturali rōe inuestigabiles. Hec cōclusio pbatur sic pluralitas corpoꝝ celestiū ex pluralitate motuū eidē corpori incōpossibiliū inuēta ꝛ cognita ē: tot ergo opꝫ dari celestes spheras quot apparent in astris motꝰ tales eidē corpori incōpossibiles. Sed repertiuntur decem tales distincti motus ergo decē oportet dari distinctas celestes spheras. pꝫ maior cū suo antecedente ex pmissis. minor pbatur qꝛ iā noti sunt septē planete id est erratice stelle septeꝫ motus diuersos habētes eo ꝙ quelꝫ due illarū cū ad cōiūctionē alicuius stelle fixe venerint videntur diuersos motus habere. ꝛ sic oportet esse pro illis singulos celos vnde habemus septē celos aut spheras planetarum.

Ad scdaꝫ de celoꝝ nūero.

Preter has autem erraticas videmus totam illam innumeram stellaruꝫ fixarum multitudinem eodem penitus modo circūuolutam. nec enim vna earum citius aut tardius ꝙ̄ alia motum suum perficit proportionabiliter loquendo de his que in paruo et de iis que in magno circulo situantur. neqꝫ vna alteri propinquior aut remotior vno tēpore ꝙ̄ alio reperitur. et sic pro omnibus illis stellis oportet dari vnū aliud celum quod erit octauū. Et hic numerus celorū dūtaxat tpe Aristotelis cognitꝰ erat putabatur enim tunc celum stellatū eē primū mobile ꝛ supremū celū.

De inuentiōe octaue sphere.

Sed Ptholemeus ꝛ ceteri astrologi qui post eū sequuti sunt probauerūt stellas fixas non solum motu diurno: sed etiam ab occidente per meridiē in orientem moueri vt postea fiet manifestū: ideo dixerūt necessario oportere dari vnū aliud celuꝫ cui alter illorum motuū octaue sphere esset proprius et naturalis ꝛ a quo octaua sphera ſm illum motum traheretur: et hoc vocauerunt nonum celum siue primum mobile ꝙ motu diurno vnica ꝛ regularissimo mouetur.

De inuētiōe none sphere.

Moderniores vero astrologi qui nos fere per tercentos annos precesserunt viderūt stellas fixas siue octauā sphe tam triplicem motū habere: vt infra paulo euadet manifestum ex quo sequitur ꝙ oportet dari duas alias spheras preter octauaꝫ quibus duo illorum motuum sint proprij et a quibus octaua sphera ſm illos motus rapiatur. ꝛ illaruꝫ supremam et decimam vocant primum mobile. nonam autem que duplici motu reuoluitur ſm mobile dicunt. sic ergo patet illa minor propositio vera scꝫ ꝙ decem sunt motus in celestibus sibi inuicem incompossibiles septem videlicet in planetis ꝛ tres in stellis fixis: ergo decem ponende sunt sphere celestes ex motibus naturaliter cognoscibiles.

De inuētiōe decime

¶ Ad tertiam questionē de celoꝝ ꝛ stellarū ordine dicitur ꝙ est in texto conuenienter assignatus. Cognitus eñ est per stellarū eclipses seu occultationes adiuicē. manifestū eñ est ꝙ illa stella que ad alterius cōiūctionē veniens illā nobis occultat nobis ppinquior est: occultata vero remotior. quia igitur luna cuicūqꝫ stelle aduenerit illam nobis occultat planū est ipsam lunā ceteris stellis nobis eē proximiorem ideo ponitur in primo celo inferiore circa nos. Similiter quia merturiꝰ omnes stellas eclipsat preter lunam sub omnibus stellis est preter ꝙ̄ sub luna ꝛ sic est in secundo celo ascendendo. Eodē modo dicitur ꝙ venus est in tertio celo: quia omnes stellas preter mercuriū ꝛ lunam obumbrat. Hac eadem ratione probatur martem esse in quinto celo. iouem in sexto. saturnū in septimo. quia scꝫ tales vel tales stellas ꝛ non alias occultare possunt. De sole tamē non est aliqua experientia ꝙ eclipset vel eclipsetur ab aliqua stella preter ꝙ̄ a luna eo ꝙ in eius presentia nulla stella videtur. ideo tēpore Aristotelis putabatur sol esse in secūdo celo immediate supra lunā vt ipse videtur sentire in pͦ metheoroꝝ.

Ad tertiam de celorū ordine

De septē planetis

Sed Ptholemeus ꝛ omnes astrologi pariter ꝛ phisici tenent solem esse in quarto celo ascendendo scꝫ supra tres et sub tribus planetarum in medio eoꝝ omniū sicut rex i medio sui regni. Ex hoc probatur: quia cum sol sit principium ꝛ fons luminis et caloris vitalis a quo ꝛ cetera astra lumen recipiunt ꝛ animantia vitam habēt: si ergo sol esset in secundo celo pximus terre nimis eaꝫ calefaceret desiccaretqꝫ ꝛ consumeret cito vitam animantium (ethyopes enim breuis periodi ꝛ vite sunt propter vicinitatē torride zone i qua sol semper rotatur) et astra superiora non ita bene illuminaret. Si autem econtra sol in sexto aut in septimo celo esset astra inferiora debiliter lumen reciperent ꝛ vita viuentium calore desererē et cito deficeret: vt in regionibus valde septētrionalibus hominū breuē periodū propter eādem causam esse videmus. decuit igitur diuinam pudētiā que disponit omnia suauiter solē mediocriter a superioribus ꝛ inferioribus distantē scꝫ i quarto celo collocare.

quomō scitū ē solem eē in q̄rto celo

Aliā huius veritatis rōnem et quidem efficaciorem ponit Ptholemeus in almagesto vbi ex dyametro visuali solꝪ ꝛ ex basis magnitudine arguit longitudinē radij ꝛ distantie: sed quia hec ratio valde difficilis est ppter multa que ex geometria ꝛ perspectiua supponit ideo ab introductorio tractatu relinquenda est. Celum autem stellatum esse octauū pari rōne sicut in planetis cōcluditur. nulla eñ stellarum fixarum aliquē planetā vnqꝫ occultauit

De tribus superioribus spheris.

neqz vna earum alteram ergo omnes ille sunt in vno celo et super omnes planetas. De nona autem et decima sphera (eo q stellis careant) nulla talis experientia habetur. eas tamen esse super octauam spheram ratione conuincitur. si est octaua sphera secundum aliquos motus ab illis trahitur & rapitur oportet eas super octauam esse tanq priora mobilia. & nonam sub decima quia ab illa motu diurno etiam trahitur. Decima vero primum mobile a nulla alia rapitur aut trahitur sed vnico & regularissimo giratur motu omnes autem alias secum rapit spheras. merito igitur omnibus aliis supereminet. ¶ Textus. Istarum autem. Proponit tertio qualis sit celorum figura dicens omnes celestes spheras orbiculares et rotundas esse quarum vna alteram intra se concludit eamqz circundat Sz quia de celorum rotunditate postea futurus est sermo ad sequentia transeamus. solum enim illa que auctor dubia relinquit exponere intendimus ¶ Textus. Quarum quidem. Proponit quarto qui et quot celorum sunt motus et primo ponit duplicem celorum motum. secundo comparat vtrumqz. ibi: sed primus dicit ergo primo q in celestibus duplex motus reperitur vnus est motus primi mobilis (q vltimum celum vocat computando a luna) & fit ab oriente per meridiem in occidentem a quo per angulum medie noctis reuocat se in orientem. & hic motus fit super duobus polis mundi scz arctico & antarctico & per circulum equinoctialem qui diuidit primum mobile per medium eque distanter a duobus polis huius motus & propter hoc dicitur primum motum per medium diuidere. de nominibus autem et officio equinoctialis & polorum infra secundo capitulo dicetur. Alius motus est nomen inferiorum spherarum oppositus: primo quia ab opposita parte incipit scz ab occidente tendens per meridiem in orientem & iterum rediens in occidentem qui motus fit sup aliis polis distantibus a primis per viginti tres gradus & triginta tria minuta secundum Almeonem vel quinquaginta vna minuta secundum Ptholemeum. ergo per axes intelligit polos accipit enim terminatum pro terminio. Iste motus secundus etiam fit per aliud circulum qui diuidit secundum mobile scz nonam spheram per medium equidistanter a polis huius secundi motus / et hic circulus dicitur zodiacus de cuius nominibus descriptione et officio in capitulo secundo determinabitur. ¶ Notandum q vt habetur in primo de celo motui circulari nullus alius motus est contrarius ideo cum textus dicit huic oppositus oz intelligere id est ab hoc diuersus. & quod dicitur per obliquum potest exponi dupliciter vno modo id est per zodiacum qui est circulus obliquus vt dicitur in secundo de generatione. sicut enim equinoctialis est via per quam fit motus primi mobilis ita etiam zodiacus est via per quam fit motus inferiorum spherarum vt infra dicetur. Alio modo potest intelligi q secundus motus est oppositus primo per obliquum id est non directe oppositus sed obliquo. esset enim impossibile q per eundem circulum et super eisdem polis vna sphera ad partes directe oppositas per dyametrum in oriente & occidente simul moueretur. ¶ Notandum etiam q celum ab astrologis primo diuiditur in duodecim par-

Quomodo est accipiendum motum secundum esse contrarium primo

ta ɔclusio est q motus primi mobilis est causa aliorũ motuũ. pʒ qꝛ est primus motus modo id qd̃ est causa alioꝝ in vno quoq; genere ẽ p̃mum ⁊ ecõtra ḡ ɔclusio vera. Sed aliquis obijceret qꝛ ita sunt ppetui motus alioꝝ orbiũ celestium sicut est motus primi mobilis ḡ mot⁹ p̃mi mobilis nõ est primus. ɔña tenet qꝛ ppetuoꝝ vnũ non est prius alio. Ad hoc respondetur q lʒ motus primi mobilis tpe signato vel signabili nõ sit prior alijs motibus tñ est prior natura. et tñ q̃tũ ad hoc dat Aug. tale exẽplum q si ab eterno fuisset pes in puluere tunc pes esset cã vestigij causati ei prior tñ nullo tpe esset prior. Ex

Correlarium.

ista ɔclusione sequit̃ correlarie q si cessaret motus primi mobilis cessarent oẽs alij motus. pʒ qꝛ in vno quoq; gñe vbi est essentialis subordinatio si cessat primũ cessabunt oĩa alia ⁊ hec de quesito. ¶ Sed tunc dubiũ est quomõ debem⁹

Dubiũ de differẽtijs positionũ in celo.

sumere oriens ⁊ occidens in celo. Et ita potest queri de alijs differentijs põnũ. Pro quo est aduertendũ q si velim⁹ ponere oriẽs ⁊ occidens distiguit in celo ex natura rei vt videtur ponere Aristoteles scdo celi opʒ recurrere ad sphęram quiescentẽ ⁊ tunc haberent̃ p istum modũ. prio opʒ ymaginari vnã lineã procedentẽ p centrũ mundi ⁊ pertractã per vtrũq; polum vsq; ad illam sphęrã quiescẽtẽ. deinde oʒ ymaginari aliã lineam intersecantem illam primam datam ad angulos rectos in centro mundi ⁊ protractam vsq; ad illam sphęram quiescentẽ. deinde ymaginanda est tertia linea intersecans duas predictas ad angulos rectos ⁊ protracta vsq; ad illam sphęram quiescentem: tunc s̃m terminos illarum linearum debemus attendere oriens ⁊ occidens et alias positionum differentias in celo. in vñ duobus terminis p̃se linee ponim⁹ sursum ⁊ deorsum in celo: et in terminis secũde ponimus dextrum et sinistrum. et in terminis tertie ponimus ante et retro. Et pro maiore declaratione istorum ymaginantur aliqui vnum hominem quem vocant athlantem qui habet caput in polo antartico ⁊ pedes in polo arctico ⁊ brachium dextrum in oriente ⁊ sinistrum in occidente ⁊ faciem versus partem anteriorem celi. Ex hoc patet q nos s̃m illam ymaginationẽ

Deorsũ ipsi⁹ celi

habitamus deorsum in ordine ad celum. patet quia polus arthicus est deorsum ipsius celi et nos sumus versus illum polum. Sequitur vltra q nos sumus versus partem anteriorem celi. patet quia nos sumus versus illam partem quam respicit facies hominis illius scʒ athlantis. Aliqui tamen non distinguebant oriens et occidens in celo nisi respectu ad orizontem ⁊ isti distinxere de duplici oriente ⁊ occidẽte qꝛ quoddam est oriens verum ⁊ est punctum in orizonte vbi sol oritur dum est equinoctium et ita de occidente in parte opposita celi. Sed oriẽs nõ verum quolʒ die variatur s̃m q sol quolʒ die ĩ alio ⁊ alio puncto orizontis oritur. ⁊ per oppositum de occidẽte. Iterum alij supponẽtes creationem mundi supponunt verum oriens eẽ punctum vbi sol incipit moueri in sua creatione et verum occidẽs pũctũ oppositum de istis modis p̃ma opinio videt̃ eẽ magis realis. ¶ Sʒ

Aliud dubium.

dubitat̃ de ordine sphęraꝝ p quẽ modũ ordinãtur. Ad q rñdet̃ q post octauã sphęrã ẽ sphęra saturni/deĩde sphęra iouis/deĩde sphęra mart;

deide sphera solis/deide sphera veneris/deide sphera mercurij/deide sphera lune. ꝛ ꝙ ita ordinet̃. pꝫ tripliciter: p̃mo ꝑ autorẽ i textu. sc̃do ꝑ Ptholemeum ꝛ alios astrologos. deinde pꝫ ex alio scꝫ ex diuersitate aspectuũ planetaꝝ. vnde q̃tũ aliq̃s planeta est inferior tanto ẽ maior diuersitas in suis aspectib⁹ et quãto est superior tãto est minor diuersitas. mõ reptũ est ꝙ maior est diuersitas in aspectibus lune. postea in aspectibus mercurij deinde ascendendo ſm ordinẽ p̃dictum. Cũ pro maiore declaratiõe huius est aduertendũ ꝙ aliq̃s planeta duplicẽ aspectum dicit̃ hẽre: vꝫ vnũ ad nos vel ad vnã aliã regionẽ terre ꝛ aliũ ad aliũ planetã. dicimus em̃ planetas se hr̃e in quarto aspectu vel sextili. vñ ꝑ aspectũ ad nos debemus intelligere quendã arcum in zodiaco interceptũ inter lineã procedẽtem a centro terre per centrũ corporis planete vsqꝫ ad zodiacum ꝛ aliã lineã procedentem ab oculo in sup̃ficie terre per centrum planete vsqꝫ ad zodiacũ. verbigr̃a. describatur circulus terre ꝛ deinde describatur circulus lune et postea circulus veneris ꝛ sic de aliĳs. postea describatur circulus zodiacus. hoc facto ducatur linea recta a centro terre per centrũ lune vsqꝫ ad zodiacũ et sit illa linea b c deinde ꝓtrahatur alia ab oculo in superficie terre ꝑ centrum lune etiã vsqꝫ zodiacuꝫ: ꝛ sit illa linea e d tunc ille arcus zodiaci inter c ꝛ d est aspectus lune ad nos ꝛ ſꝫ ꝙ talis arcus est maior vel minor ſm hoc planeta dicitur aspicere magis directe vel minus regionem illam vel terram. Sed tamẽ de aspectu duorum planetarum inter se est aduertẽdũ ꝙ per aspectum duorum planetarum inter se debemus intelligere arcum in zodiaco interceptũ inter duas lineas quarum quelꝫ procedit a centro terre vna per centrum vnius planete ꝛ alia per centrum alterius vsqꝫ ad zodiacum. Verbigratia. protrahatur linea a centro terre per centrum lune ad zodiacum. f b c protrahatur iteꝝ alia a centro terre per centrum mercurij vsqꝫ ad zodiacũ. ꝛ vocet̃ b h et tunc arcus interceptus inter h ꝛ c est aspectus lune et mercurij inter se. Et illoꝝ aspectuũ alius est terc⁹ alius est quaternus/alius sextus. Unde planete dr̃r se aspicere in terno aspectu qñ arcus ille qui est eorum aspectus adinuiceꝫ est tertia pars zodiaci: et se aspiciũt i quarto aspectu qñ talis arcus ẽ quarta pars zodiaci ꝛ se aspiciũt i sexto aspectu qñ est sexta pars. qñ vero talis arcus est medietas zodiaci tũc opponũt̃ inter se. ꝛ sic de istis aspectibus vlterius põt declarari. rñsio ad dubiũ facta penes retardationẽ motuũ ipsoꝝ planetaꝝ q: post octauã spherã saturnus maius tempus apponit ad complendũ suã reuolutionẽ. deinde iupiter: ꝛ sic descendendo. ¶ Dubitatur vltra per quẽ modũ possunt cognosci septem planete erratici in celo: ad hoc respõdetur primo ex ꝑte colorum. Unde saturnus est plumbei coloris. Jupiter est stanni coloris: et mars habet colorem calibeum. sol aureũ. venus cupreum. mercurius argenti viui. ꝛ luna habet colorẽ argenteum. Sed astrologi hñt quedã instrumenta ꝑ motibus quibus sibi inuiceꝫ representãt hmõi planetas. Et hec de articulo secũdo. ¶ Ad rõnes ad primam negatur añs ad ꝓbationẽ primam eius dicitur ꝙ verum est ſm se totum sed ſm suas partes mutat locũ. Ad sc̃dam ꝓbationem negatur ꝙ moueatur illo motu circulari ꝑ quem possunt saluare apparentias in celo. Ad probationem dicitur ꝙ hoc est per motum rapt⁹ ad motum firmamenti sed terra non est fluxibilis satis. igitur non mouetur tali motu sicut cetera elementa. Ad tertiam probationem negatur antecedẽs. ꝛ causa est: quia ratio non probauit nisi ꝙ possunt saluari ortus ꝛ occasus sed nõ probauit quomodo saluarentur oppõnes ꝯiunctiones eclipses ꝛ talia hmõi. Ad quartam dicitur ꝙ mouetur naturaliter ad probationem dicitur ꝙ immo coexistentiam intelligentie sufficit ad itrinsecitatẽ motorꝭ ad mobile. ¶ Ad secundam rõnem dicitur ꝙ verum ẽ ꝙ nõ est viformis quo ad mobile sed est viniformis quo ad tempus quod idem est ꝙ regulare esse. Ad vltimã illa soluta est in vno dubio: patet etiã solutio in secũdo de celo et mundo vbi ostensum est q̃liter differẽtie positionũ i celo repiant̃. Auctoritas post oppositũ ẽ ꝓ dictis. ꝛ hec de q̃stione.

De aspectib⁹ planetaꝝ diuersis.

Colores planetarum.

ad rõnes q̃onis.

¶ De celi rotunditate.

Quod autem celum sit rotundum triplex est ratio. similitudo/cõmoditas/et necessitas. Similitudo enim quoniam mundus iste sensibilis factus ad similitudinem mundi archetipi. in quo nõ est principium neqꝫ finis vnde ad huius similitudinem mund⁹ sensibilis celo ambiente inclusus habet formam rotundã in qua nõ est assignare principium neqꝫ finem. Cõmoditas quia omnium corporum ysoperimetrorum sphera maximũ est omnium etiã formarum rotunda est capacissima. qm̃ enĩ est aliq̃d rotundum ideo maximum ꝛ capacissimũ vnde cũ mũdus oĩa contineat: talis forma fuit illi vtilis et comoda. Necessitas qm̃ si mũdus esset alterius forme q̃ꝫ rotunde scꝫ trilatere vel quadrilatere vel multilatere: sequerentur duo impossibilia scꝫ ꝙ aliquis locus esset vacu⁹/ ꝛ corpus sine loco quorum vtrumqꝫ falsum est sicut patet ex angulis eleuatis et circumuolutis. Item sicut dicit alphraganus si celũ esset planũ aliqua pars celi esset nobis propinquior alia illa scilicet que est supra caput nostrum igitur stella ibi exñs esset nobis ꝓpinquior q̃ꝫ existẽs in ortu vel occasu sed que nobis propinquiora sunt maiora videntur ergo sol vel alia stella exñs in medio celi maior videri deberet q̃ꝫ exñs in ortu vel occasu cuius contrariũ videmus contin-

Prima ratio

Scđa ratio

Tertia ratio.

Quarta ratio.

gere maior eni apparet sol vl' alia stella exn̄s in oriente vel occidēte q̄ꝫ in medio celi. ergo partes ille nobis ꝓpinquiores

Solutio

sunt et sic celum nō est rotundum. Cuꝫ tamen rei veritas nō sit: huiꝰ apparētie causa est q̄ in tēpore hyemali vel pluuiali quidā vapores ascēdunt inť aspectū nostrū ꝛ solem vel aliā stellam. ꝛ cū illi vapores sint corpus dyaphanū: disgregant radios visuales ita q̄ nō comprehēdimꝰ rem in sua naturali et vera quātitate.

Experimentū.

Sicut pꝫ de denario proiecto in profundo aque lympide qui propter similem radiorum refractionem apparet maioris q̄ꝫ sue vere quantitatis

¶ Probat ea que de figura celi ꝓposuerat scꝫ celos esse rotunde vel orbicularis figure ꝛ hoc quattuor rationibus quarū prime tres sūt phisice quarta vero astrologica. Prima ratio q̄ sumitur ex similitudine mūdi ad deū eius opificē talis ē. oē exēplatū dꝫ imitari quoad pt̄ suū exēplar ad cuius imitatiōem ē factū: vniuersū sūt celi ambitu īclusū ē factū ad imitationem mūdi archetipi id ē mūdi pn̄cipalis hoc est dei qui exemplar eiꝰ ē: debuit ꝗ mūdus iste ꝓut ē possibile deū imitari. sꝫ nō potuit meliori modo q̄ꝫ hn̄do figurā rotundam ꝗ celum ad quod mūdus terminať debuit hr̄e figurā rotundā ꝓma maior supponiť vera. minor ē Augustini ꝛ oīm theologoꝝ q̄ ydeas ponūt. Cū eñ vniuersū sit a deo factū vt tenet fides. nullū autē agēs opatur nisi ad aliquā ydeā respiciens ad cuius imitationē effectū extra ꝓducit: constat q̄ vniuersū ad imitationē mūdi archetipi id est ydealis vel exēplaris ī itellectu diuino factū ē: ydea vero ī deo nō distinguiť re ab eēntia dīna. ꝯcludiť ergo vniuersum ad dei imitationē factū et sic minor vera. debuit igiť vniuersū deo assimilari quoad possibile fuit. Sed q̄ nō potuerit melius ei assimulari q̄ꝫ habēdo figuram rotūdam supposito q̄ eadē eēt mūdi naťa q̄ nūc pꝫ. si militudo ei cuiuslibet creature ad deū equoca est ꝛ impfecta ꝓpter diuine essentie īfinitatē ad quā creatura nullā hꝫ ꝓportionē. vñ potius dicunť creature deficere a diuina silitudine q̄ꝫ deo assimilari. oīs ergo creature ad deū silitudo ex metaphora ꝛ analogia quadā accipiēda est qua significeť deū pfectiōes creaturaꝝ eminēter continere.

Quō accipiť mūdi ad deum similitudo.

Sic igiť huiꝰ mūdi corporalis ad deū similitudo potissima ex eiꝰ figura accipiť qua diuine essentie pfectio nobis īsinuari possit. ex eo eñ q̄ figurā huiꝰ mūdi rotundā (in qua nō ē assignare pn̄cipiū neqꝫ finē) cognoscimꝰ: dīne essētie infinitatē principio ꝛ fine durationis ꝛ pfectionis carentē arguimꝰ.

Exēplū de hostia sacramētali.


Hac etiā suadēte rōne sacramētalē hostiā rotundā cōficit mater ecclesia vt eius q̄ sub illa continetur infinitatē et pfectionē nobis demōstret. ¶ Notandū q̄ nisi ista ratio auctoris ad bonū sensum traheretur nichil concluderet. pari eñ rōne posset argui q̄ homo debuit esse rotundus ꝓpter imitationem ad hoiem archetipū id est ydealem in quo non est assignare pricipiū neqꝫ finem. ꝛ similiter posset dici de qualibꝫ alia creatura corporali qd̄ tñ ridiculum est. Sed dicendū q̄ secus est de toto vniuerso ꝛ de vna sola creatura. deus enim creaturas ad sue bonitatis ꝛ perfectionis manifestationem condidit vt ait Aug. vna autem sola creatura debilissime dei pfectionē repn̄tat sꝫ vniuersum oīm creaturarū perfectiones includens clarius ꝛ efficaciꝰ. vñ figura vniuersi quā circūscriptio celi demonstrat magis debuit diuinā perfectionem (licet in analogia dicta) imitari quā vnius cuiuslibet creature figura.

Quare magis figura mūdi debuit deū imitari q̄ꝫ hois figura aut alterius rei

Sed q̄uis pticularū creaturarū figure corporales nō sic deū imitenť sicut figura totiꝰ mūdi. nihilominus ī qualibet creatura q̄tū ad aliqd̄ ē dei similitudo ac trinitatis vestigium vt Aug. pbat i sexto de trinitate. oīs eñ effectus aliquiť representat suā cām. sicut oīa ignita et ab igne passa aliquomō calida sunt vt pbať in scd̄o metheorū. ¶ Scd̄a rō q̄ tangiť ibi. cōmoditas. sumiť ex celi cōueniētia ꝛ talis est. vnicuiqꝫ corpori ea debeť figura que eiꝰ capacitati cōgruit id est in ordine ad illa que intra se cape ꝛ continere dꝫ. celū aūt debuit rē maxime capacitatis q̄ oīa debuit intra se concludere (extra celuꝫ eñ nichil est vt ꝓbatur in pmo de celo) igitur celū debuit hr̄e figurā que maxime capacitati congruit hec aūt est rotūda vel orbicularis. vt ei ꝓbant geometre: hec figura ceteris paribus est figurarū capacissima q̄ ptes a centro vniformiter ꝛ maxie aliaꝝ distātea hꝫ. vbiqꝫ eñ videtur facere angulum ꝛ recedere a centro ideoqꝫ maxime auget capacitatē. ¶ Notandū q̄ hec etiā ratio nō necessario cōcludit: posset eñ aliqs dicere q̄ si deus fecisset celum alterius figure sed paulo maius fuisset tāte capacitatis sicut nūc est ꝛ potuisset intra se cōtinere oīa ea que nunc cōtinet. Concludit tñ hec ratio ex quadā congruētia q̄ rotūda figura ceteris nobilior est et deꝰ sicut ꝛ natura semp facit de possibilibus qd̄ melius est. Ista tñ due rationes cū sequētibus efficaciter ꝓbant celū esse rotundū. ¶ Notandū etiā q̄ figure ysoperimetre in geometria dicunť due vel plures figure que ad seinuicē comparate perimetros id ē circūferētias hn̄t equales deriuať eñ hoc nomen ysoperimeter .a. um ab hyso greco qd̄ est equale ꝛ peri qd̄ est circū a metros qd̄ est mēsura quasi figure equaliū circūdantiū mensurarū. vt ꝑ bigratia sint tres figure plane triangulꝰ: q̄drāgulus. ꝛ circulus. taliter q̄ tres linee triāguli incōtinuū ꝛ directum posite faciant vnā lineā equalē alteri linee quā quattuor linee quadranguli eodemmodo posite constituerēt. ꝛ alteri linee que esset linea circuli rectificata tales tres figure dicerentur sibi ysoperimetre id est equales in pimetris vel circonferentijs vel mensuris. et quod dicimus de tribus istis figuris planis quo ad lineas idē intelligať de hijs tribꝰ figuris solidis q̄ sūt tetracedrō/ exacedron/ ꝛ sphera quo ad supficies talia eī tria corpa diceren̄ť sibi ysopimetra si corꝑ

Quesitū figure ysopimetre.

Figure ysoperimetre.



ſupficies totales eſſent equales. nichilominus tñ phera eoꝝ eſſet capaciſſima qꝛ intra equalem ſupficiē maiorē oibus aliis hr̄et corpulentiam. ❡ Tertia rō q̄ ponit͛ ibi. neceſſitas. ſumitur ex naturali neceſſitate que eſt īter locū ꝛ locatū et formatur hec rō ſic. celū debuit moveri ꝛ de facto movetur vt ſupra dictū ē: ḡ neceſſario debuit eē rotūde figure. ꝓbat͛ ꝯña qꝛ ſi celū ſic motū eſſet alterius figure ſcꝫ trilatere vt corpus pyramidale: vel quadrilatere vt eſt corpus cubicū: vel alterius figure multilatere ſeq̄rent͛ multa impoſſibilia ꝑ naturā ſcꝫ vel ꝙ aliq̄s locus eſſet ſine corpore/ vel aliq̄d corpus ſine loco/ vl̄ poſſet da ri ruptura celi/ aut eius rarefactio/ et condenſatio q̄ oīa ſunt manifeſte īpoſſibilia ſm naturaꝫ antecedēs eſt datū ſed ꝯña ꝓbat͛ ex angulis eleuatis ꝛ circūuolutis. cū eñ celū circūuolueret͛ angul⁹ venīret ad locū lateris id ē vbi fuit lat⁹ ꝛ econuerſo latus veniret ad locū anguli. ꝛ cuꝫ angul⁹ occupet maiorē locū q̄ꝫ latus (qꝛ diſtantior eſt a centro) ſequeretur manifeſte ꝙ aliq̄ pars anguli poſiti ī loco lateris remaneret ſine loco tāta ſcꝫ quātus eſſet exceſſus anguli ad latus. Item. cū latus veniret ad locū anguli aliqua pars loci anguli remaneret vacua qꝛ latus nō ſufficeret totū illū locū replere. Item datis quibuſlibet duobus celis ſibi ꝯtiguis ſi ꝯuexū vnius eſſet angulare ꝛ ꝯcauū alterius ſphericū vel ecōtra manifeſte inter vtrūq̄ꝫ eſſet vacuū. nō eñ poteſt ibi eē aer vel aliud corpus elemētare replēs. Si aūt vtrūq̄ꝫ ſcꝫ cōuexū vnius ꝛ cōcauū alterius eſſet angulare cū in celo vt ꝓbatuꝫ eſt ſint motus oppoſiti ſequeret͛ ꝙ vnū celū rūperet aliud qꝛ anguli revoluti lateribus in trāſitu obviarēt ꝛ locum ſibi facerēt vel ad minus oporteret concedere celū mō deſius mō rarius fieri ad motuū compoſſibilitatē. ❡ Notandū ꝙ hec ratio q̄ ponit͛ ab Ariſtotele ſcđo de celo ad ꝓbādū rotūditatē ꝯuexe ſupficiei ꝑmi mobilis vt ex ſerie text⁹ appꝫ nō neceſſario ꝯcludit niſi ſupponēdo locū eē ſpaciū aliq̄d vacuū vt antiq̄ ponebāt ſed ſolū ꝯcludit de ꝯcauo ſupmi celi et de ꝯcauo ꝛ ꝯuexo cuiuſlꝫ īter medioꝝ nō aūt de cōuexo ſupmi celi. diceret eī ꝓteru⁹ ꝙ illud ꝯuexū nō eſt in loco ꝛ qꝛ nullū aliud corpus hꝫ ſupra ſe nō ſequit͛ aliq̄d illoꝝ īpoſſibiliū ſi ponat͛ angulare. Nec etiā ꝯcludit de concauo celi lune q̄d elemēto ignis cōtiguū eſt: ibi enim poſſibilis eſt ignis diuiſio vel etiā eius raritas ꝛ dēſitas ſm phiſicā veritatem vnde nihil incōmodi ſequit͛ ponēdo illud cōncauum angulare. Probabile tñ eſt vbi tot cōcauoꝝ ꝛ ꝯuexoꝝ inter medioꝝ rotūditas neceſſario conuincit͛ duo extrema ꝑdicta etheree regionis rotūditate nō carere. ❡ Notādū etiā ꝙ licet hec rō cōcludat celū eſſe rotūdū: nō tñ videt͛ ꝯcludere ipm eſſe ſphericū vel orbiculare poſſet eñ dici ꝙ celū ſit ouale vel lēticulare vel alterius figure rotūde irregularis. Niſi forte dicat͛ ꝙ motus oppoſiti ꝛ ſup diuerſos polos facti (quales in celo ſunt vt ꝓbauim⁹) nō poſſent ſaluari ſub quacūq̄ꝫ figura rotūda irregulari quin oporteret neceſſario cōcedere aut rupturam/ aut rarū ꝛ denſum. Vel dicat͛ vt hꝫ Ariſtoteles in ſcđo de celo ꝙ in figura ſpherica quomōcūq̄ꝫ ponat͛ axis ſemper eodē mō ſit motus ſed nō ſic ī figura ouali aut

Utrum poſſit ſalvari celū eē oval͛ figure

lēticulari qꝛ ſi certo mō poneret͛ axis ſemꝑ ſequetur locū eſſe ſine corpore et corpus ſine loco: vt in ꝑmiſſa rōne arguebat͛. ❡ Quarta rō ponit͛ ibi: item ſi celū. q̄ eſt aſtrologica ducens ad impoſſibile: ꝑmo rō illa ponit͛. ſcđo ꝯtra eam obiicit͛ ibi. ſed ꝯtrariū. Sciendū tñ ꝙ ratio iſta vt textus auctoris dicebat ē Alfragani ꝛ ſtādo ad verba eius defacto nichil ꝯcludit qꝛ falſū aſſumit. ſ. ꝙ ſemper pars ꝓpinq̄or celi eēt ſupra caput nr̄m remotior vero ī oriēte vel occidēte hoc eñ ſupponit illa ratio vt pꝫ diligēter ꝯſiderāti eā: vel arguēs ꝓpriā vocem ignorabat. ideo ſi ratio aliq̄d debeat ꝯcludere oportuit ei⁹ verba mutari. Ratio ḡ talis ē ſi celū nō eēt rotūdū ſed planū ꝛ lateratū: ſol vel alius planeta vno tēpore āni appareret notabiliter maior q̄ꝫ alio tēpore ꝯñs eſt cōtra ſenſum ꝛ expientiā ḡ ꝛ eius añs eſt falſū. ꝯña ꝓbat͛. qꝛ ſi celū eēt planū ꝛ āgulare haberet quaſdā ptes a nobis (qui ſum⁹ fere in cētro mūdi) remotiores ꝛ alias ꝓpinquiores. cū aūt ſol ꝛ alij planete mutent͛ ab vno ſigno in aliud vt ſupra ad ſenſum mōſtratū ē: ḡ ſol vel alius planeta aliq̄ñ eſſet in pte celi a nobis remotiore ꝛ aliq̄ñ in pte ꝓpinquiore ſꝫ q̄ nobis ꝓpinquiora ſūt maiora a nobꝭ vident͛ ve ꝯſpectiui dicūt ꝛ experiētia cōprobat: ḡ ſol vel ali⁹ planeta aliq̄ñ videret͛ maior ꝛ aliq̄ñ minor notabiliter. ❡ Notādū ꝙ para lateralis in corporibus planis ꝛ poligonijs eſt ſupficies eius plana et vnūquodq̄ꝫ corpus tot latera dicetur habere quot ſupficies planas. vñ et cubus dicit͛ habere ſex latera equalia: qꝛ ſex hꝫ ſupficies equales. angulus autē vel pars āgularis dicit͛ illa vbi due vel plures ſupficies cōcurrūt et ſic tam angulus ſolidus qui ad pūctū terminatur q̄ꝫ linea ſup quā due ſuperficies plane nō directe applicātur dicit͛ hic āgulus. ❡ Notādū ēt ꝙ ſol vt infra caplo quarto dicemus vno tēpore anni magis diſtat a cētro ꝛ a nobis q̄ꝫ alio ꝛ ideo dyameter ſolis viſualis ſm aſtrologos in oppoſito augis eſt maior q̄ꝫ in aliquo alio loco accentrici circuli. hec tñ ſolis diuerſitas nō niſi ſapiētibus notat͛ ideoq̄ꝫ coiter oēs putant dyametrū ſolis viſualē eſſe ſemꝑ equalē ꝛ hoc ſuppoſito ratio ꝑdicta ꝓcedit. ❡ Textus. Sꝫ cōtrariū. Obiicit ꝯtra ꝑdictā rōem ꝓbando cōſequēs eius nō eſſe falſum dicēs ꝙ de facto ita experimur ꝙ ſol vel quecūq̄ꝫ alia ſtella aliquādo maior aliq̄ñ minor apparet vt pꝫ in ſyderibus orientib⁹ ꝛ occidētib⁹ que maiora apparēt q̄ꝫ in medio celi ḡ partes ille celi oriētalis ſcꝫ ꝛ occidētalis per regulā ſupra dictā nobis ꝓpinquiores ſunt pte meridiei ꝛ ſic celū non eſt rotundū ❡ Sed ibi: cū tñ: reſpōdet ad dictā obiectionē primo negando ꝯſequētiā. nō eī ſequit͛ ī illis ꝑtibus ſtelle apparēt maiores ḡ ille partes ſunt nobis ꝓpinquiores qꝛ pōt eſſe deceptio ex indiſpōne medij vel organi. Scđo dicit diſtiguēdo a ſīs duplex eñ eſt apparētia ſenſibilis quedaꝫ vera ꝛ ſine errore alia falſa et deceptoria. nunc ſūt ſtelle oriētes ꝛ occidētes deceptorie ꝓpter indiſpōnem medij apparent maiores nō autem vere ꝛ ſine deceptione tempore eñ hyemali vel pluviali in aere medio nobis ꝛ oriēti vl̄ occidenti ſunt vapores ꝛ nebule impedientes medium facienteſq̄ꝫ fantaſiam viſibilis falſam propter

De rōne alphragani

Sol vno tpe anni videt͛ maior q̄ꝫ alio

radioꝝ visualiũ refractionẽ ꝛ disgregationẽ vñ ꝓuenit ꝙ non comprehendimus rem in sua naturali ꝛ vera quãtitate in qua ſm talem distantiam deberemꝰ rem videre. huiusmodi autem impedimenta aut non sunt aut nõ tot in aere inter nos ꝛ medium celi. Sed ratio superius inducta concludebat stellas debere videri in quibusdã ptibus celi maiores q̃ in aliis ꝓpter minorẽ earũ a nobis distantiã nõ aũt ꝓpter medij indispõnem vl' sensus deceptionẽ sicut obiectio inducit. ¶ Ad huius solutõis ꝯfirmationẽ inducit ibi sicut pȝ. exꝑimẽtũ quoddã familiare. denarius eñ in ꝓfundo aque ꝑspicue lympide q̃ ꝓiectꝰ in simili distantia sicut qñ erat extra aquã apparet maior notabiliter ꝓpter mediũ diuersitatem radios visuales frangentẽ. vñ manifeste pȝ ꝙ deceptio sensus ex ĩdispõne medij nõ aũt ex inequali visibilis distãtia ꝓuenit. sic igit' ꝛ si quandoqȝ ꝓpter aeris obnubilationem sydera orientia ꝛ occũbentia maiora q̃ in medio celi appareãt. hoc tamẽ nõ est ꝓpter minorẽ eorum a nobis distantiã. experimur eñ ꝙ tꝑe sereno stelle etiã ĩ oriente vel occidẽte posite nõ maiores aut minores q̃ in medio celi apparẽt. Unde constat talem maioris magnitudinis stellarũ apparitionẽ ex solo medij impedimento ꝓuenire quoniã eo remoto nõ sic apparent stelle.

Quõ quedã ptes celi plꝰ aliis distant a nobis.

¶ Notandũ ꝙ ſm rei veritatẽ ꝑs celi orientalis aut occidẽtalis q̃cũqȝ sit illa a nobis remotior est ꝑte meridiei tanto scȝ q̃tus ẽ terre semidyameter nã inter nos ꝛ mediũ celi nõ sũt nisi aer ꝛ ignis: inter nos aũt ꝛ oriẽtalẽ vel occidentalẽ ꝑtẽ celi eadẽ duo elemẽta sunt ꝛ cũ hoc medietas terre. vñ manifestiꝰ apparet defectꝰ obiectiõis ĩducte qm̃ nisi fuisset ĩpedimẽtũ aliqđ: stelle ĩn oriẽte vel occidẽte debuissent apparere nõ maiores sȝ minores q̃ ĩ medio celi q2 a nobis remotiores. Hõmõi tñ excessus distãtie ad orizõtẽ plusq̃ ad mediũ celi nõ ẽ visui notabil' ꝓpter quẽ debeat (si nõ sit aliud ĩpedimẽtum) stellas aut maiores aut minores iudicare vt infra cũ de t're situatiõe dicet' fiet manifestiꝰ.

Solutio dubij.

Huius ẽt rei tale ponamꝰ exẽplũ si eñ viderem hominẽ quattuor aut q̃nqȝ miliaribꝰ distantẽ ille ꝓpter distãtiã apparebit nobis parvꝰ. si postea idẽ homo accederet ad nos ꝑ decẽ passus ꝯstat ꝙ nõ ideo iudicaremꝰ eũ maiorẽ licet ſm rei veritatem esset ꝓpinq̃or nobis q2 illi decẽ passus ad totã hanc distãtiã nõ habẽt ꝑceptibilẽ ꝓportionẽ in ordine ad visum. Eodẽ etiã mõ dicẽdũ est ꝙ semidyameter terre nõ multũ ꝑceptibilẽ habet q̃titatẽ ad semidyametrũ celi que est distantia inter nos ꝛ celum. ¶ Notandũ etiã ꝙ licet vt ꝑdiximus quedã ꝑtes celi sint a nobis distantiores q̃ alie nõ tamẽ ex hoc põt argui celum non esse rotundũ. qm̃ partes eius oẽs a cẽtro mundi eque distant q̃uis nõ a nobis qui extra centrum sumus. neqȝ etiam ex hoc sequitur ꝙ stelle in orizonte tꝑe sereno debeant apparere minores q̃ in medio celi quia vt diximus excessus ille nõ est sensibilis.

Quid circa hoc dñt ꝑspectiui.

¶ Sciendũ etiã ꝙ ſm perspectiuos pars celi orientalis aut occidentalis sicut est distantior parte meridiei sic etiam ad sensum apparet remotior. vnde Canturiensis in sua perspectiua prima parte propositione. 65. dicit distantiam orizontis maiorem apparere q̃ alterius ꝑtis hemispherij cuiuscũqȝ. Sed non est intelligendum ꝙ hec maioritas distãtie appareat propter excessum distantie vt sit notabilem sed propter iudicium factum ex relatione ad corpora interiacẽtia. cõstat autem ꝙ plura corpora videmus inter nos et orizontem q̃ inter nos et aliam quãcunqȝ celi partem ꝛ propter hoc iudicamus distantiam orizontis esse maiorem. Hoc tamen iudicium quandoqȝ falsum est et erroneum sepius enim ex apprehẽsione corporum interiacentium minorem distãtiam iudicamus maiorem et econuerso vt cum cacumina plurium montium inuicem comparamus. Sic igitur quattuor rationibus conclusũ est celum esse rotundum.

Alie due rationes de celi rotũditate

¶ Sed duas alias rationes possumus ex Aristotele adiungere. ꝑma est quia primo ꝛ nobilissimo corpori debetur ꝑma et nobilissima figura: nobilissimum autem ꝛ primum corporum est celum. figurarum etiã rotunda est perfectissima ergo celo debetur rotunda figura. maior supponitur minor pro prima parte habetur supra parte secunda huius capituli ex diffinitione etheree regionis. secunda etiam pars habita est ĩ secunda supradictarum quattuor rationum. Secunda ratio est quia vnicuiqȝ corpori natura dedit figurã operationibus eius ꝓportionatã (sicut pȝ in aĩalibus ꝛ plãtis vbi tota ratio diuersitatis organorũ in corpore aĩato ex diuersitate operationũ accipitur que nõ poterãt vnico organo expleri) ꝓpria aũt operatio celi est cõtinuo circulariter moueri: decuit igit' nature artificẽ figurã motui aptissimã illi donare. talis aũt est rotũda q2 illa angulis caret qui sunt motui ĩpedimẽto (vñ ꝛ cubꝰ ineptissime mouet' vt dr in p'io ethicoꝝ) si quis eñ corpꝰ perfecte rotundũ corpi ꝑfecte plano supponat vix detinere poterit qn moueat'.

Due notabiles q̃ones de visione.

¶ Circa supradicta ĩ quarta rõne textus occurrũt duo dubia. ꝑmũ ẽ quare ꝓpinq̃ora apparẽt maiora remotiora aũt minora. Scđȝ ꝓpter qđ visa ꝑ mediũ dẽsius vt per aerẽ vaporosum / aut per aquã / cristalũ / vitꝝ / vel aliquid huiusmodi maiora apparent q̃ eadem per mediũ rarius et vniforme in tanta distantia ꝯspecta. ¶ Iste dubitatiões q2 sunt de modo videndi ꝛ differẽtijs eius ꝑspectiuam exigũt speculationem. nũc tñ pauca ab ipa ꝑspectiua excerpta subnectemꝰ. Supponamus igitur obiectũ visus coloratũ aut lucidũ supponamus etiã oẽ coloratum aut luminosum corpus suapte natura speciem ꝛ similitudinẽ suã per obiectum sibi mediũ diaphanũ nõ impeditum orbiculariter diffundere sicut multis pȝ experimentis. in hoc eñ fere oẽs phi concordant. Uerũtamẽ quomõ fiat visio mirabiliter discrepant.

Cõtrouersia phõꝝ de mõ vidẽdi.

Plato naqȝ Democritus Empedocles ꝛ Alchindus ceteriqȝ antiq̃ putabãt visionem fieri per radios ab oculis micãtes. arbitrabantur eñ oculum esse nature luminose ꝛ velut laternam quãdam luminis ex quo radij emicarẽt qui res ipsas coloratas aut lucidas vel etiam earum ymagines per mediũ diffusas attigerẽt ꝛ visionem facerẽt.

Sñia aristotelis

Aristoteles tamen oẽsqȝ fere phi post eum tenuerũt oppositum scȝ ꝙ visio fiat per intus susceptionem visibilis in oculo non autem per extra missionem radiorũ vt patet in libello de sensu ꝛ sensato ꝛ aliis locis vbi

Aristoteles contra hanc opinionem disputat ⁊ rationibus ostensiuis. tuz quia aliquando visio est dolorosa. tum quia post excellens visibile in spectū aliq̄diu remanet simulachra ei⁹ in visu eo etiā absente. tū quia oēs alij sensus fiunt intus suscipiendo nō extra mittendo ergo ⁊ visio Et rōnibus ad impossibile. tū q2 oporteret dicere totum hominē resolui in spiritus aut radios primisq̄ extra mittendo sydera posset intueri propter excessiuā distātiā. tū quia aut radij redeūt ad oculū vt fiat visio aut nō. non est dicendum secūdū quia ipsi nō sunt animati vt extra oculū cognoscere possint. neq̄ primū quia aut redirēt sugpte natura: aut ab alio repercussi et reflexi. nōn pmū quia non oīa corpora sunt specularia q̄ radios reflectere possint. Neq̄ primuz quia vel conducūt species rerū visibilium vel non. non est dādū secūdū quia sic nō magis videret oculus q̄ prius aut species visibiliu nichil conferrent ad visionē. neq̄ primū quia ex quo species visibilium sufficiēter sese multiplicant vsq̄ ad oculū nō indiget oculus radijs quasi nūcijs ad eas conuocandas. oportet ergo dicere q̄ visio fiat per intus susceptionē specierū visibiliuz ī oculo. Huius etiā sententie sunt peritiores perspectiui vt Alacen oēsq̄ ei⁹ sectatores de quorum numero est Cāturiensis ī sua perspectiua cōi libro pmo ppōne. 4 4. cum ait. mathematicos ponētes visū fieri p radios micātes superfluo conari. Et ppōne. 4 5. radios quoscūq̄ ab oculo micātes ⁊ super visibile ouētes ad visionē impossibile ē sufficere. ⁊ hoc pbat per rōnez vltimā supradictaz. Oculus eīn aquee aut cristalline perspicueq̄ ponitur nature ideo p ipsum possint spēs multiplicari vsq̄ ad pupillā que ē organū visus eque bene sicut per aliud mediuz dyaphanū ⁊ sic res visibiles apprehēdere possumus. vnde nō videtur necessaria taliū radiorū extramissio. licet lumē aliquod intraneū oculo cōcedamus qđ ad visionē contēperandā multū confert.

Perspectiui ad idem.

Quō ymaginatur piramidē visibile

¶ Sed est aduertendū q̄ specierū visibiliū per medium diffusio taliter fit q̄ in prima parte medij cōtigua corpori luminoso aut colorato maior imprimitur species vel ymago in sequenti vero paulo minor in aliā etiā sequēte adhuc minor sicq̄ deinceps continue minoratur ymago quousq̄ deficiat virt⁹ multiplicatiua talium specierū. Si igitur ymaginemur lineas rectas ab extremitatib⁹ oībus rei visibilis p mediū productas que dictū successum specierū precise includant necesse est eas aliquādo cōcurrere ad angulū ⁊ sic resultabit figura que dicitur piramis tendēs ad accutiem sicut tendit per id est flamma ignis recta. Et huius piramidis sic ymaginate basis ē res visa con⁹ vero est in loco minime speciei in medio. ideo perspectiui dicūt q̄ in quolibet pūcto medij piramis radiosa visibilis orbiculariter terminatur. Hinc etiam venit in vsum species aut ymagines visibiliuz corporuz radios vel lineas visuales appellare. ideo dicitur in primo libro perspectiue preallegate ppōne quarta. totū luminosum vel illuminatū in quolibet pūcto medij pyramidez sui luminis terminare. ⁊ ppōe sexta. de pūctum



luminosi hemispherialiter super mediū radiante vtrū aūt multiplicatio illaz specierz fiat in instāti vel ī tpe nihil refert ¶ Sciendū vltērius q̄ radij visuales veniūt ad oculū tripliciter. quidam directi: alij reflexi: aliiq̄ fracti: ⁊ sic tota pspectiua est tripartita. prima pars eius est de radijs derectis qui alias dicuntur incidentes. ⁊ p tales radios videmus quando visibile est oculo facialiter obiectum vtroq̄ eorum existē ī medio eiusdē dyaphanitatis. tūc eīn conus pyramidis radiose super oculū incidit ⁊ apprehendim⁹ rem per radios rectos. In hoc tū modo videndi ɔtingit aliquādo deceptio ex nimia distantia. iudicamus eīn sepius corpora sphenca vt solem ⁊ lunā esse plana. ⁊ sic dicitur in primo libro dicte perspectiue ppositiōe. 72. figuram rei visibilis multū distantis minime certificari Item ppōne. 83. corpora spherica ex distantia apparere plana. ⁊ ppositione vltima pmi libri quadratas magnitudines ex distantia apparere oblongas. Et per hec pz solutio prime q̄stionis res eīn q̄ ppinquiores sunt maiorē angulum pyramidis causant ī oculo quā eedē res qñ distātiores sunt q2 angulus pyramidis breuioris ex eadē basi maior est angulo pyramidis longioris vt pbatur in pmo geometrie Euclidis et sic maior ymago imprimit̄ oculo ⁊ re iudicat̄ maiorē. pyramis nāq̄ radiosa nō terminat̄ in oculo ad pūctū sed fit visio sub curta pyramide ⁊ āgulo ichoato vt dr̄ ī. 40. ppōe pmi libri ⁊ sic ymago in oculo nō est pūctualis iz quāta ⁊ ptes extēsiōis habēs ptes aūt ymaginis ī oculo situantur sicut ptes rei ī re extra vt dr̄ ī ppōe. 73. primi. ¶ Scda ps pspectiue ē de radijs reflexis ⁊ p hos radios videmus qñ visibile nō est oculo facialiter obiectū nec radij eius directi aut pmarij vel incidentes possunt ad oculum pertingere obuiātes tñ corpi cuius supficies tersa est ⁊ densa reflectūtur ⁊ resiliūt versus basim pyramidis ⁊ ī tali regressu fit alia noua pyramis cuius basis est illa ymago q̄ corpori reflectenti cōtigua est. vñ oculus in cōspectu corporis reflectētis positus angulū illius secūde pyramidis in se recipit ⁊ rē pot videre quam per radios rectos videre nō poterat. Hui⁹ reflexionis simile videmus in vndis ab aliquo lapide piecto factis in aqua q̄ cū ad littus vel ad aliquod aliud obstaculū puenīūt resiliūt ⁊ reflectūtur versus centrū suū. Aliud etiā experimētū est in vocib⁹ ⁊ sonis formatis ī vallibus aut edificijs nouis que latera loci percutientes versus locum formationis sonorum reflectūtur vnde quandoq̄ in talibus locis iterū audimus quod diximus Sperula etiā lusoria sensibilē nobis reflexionē demōstrat cum a pariete repcutitur ad ludentem. Et scdm hunc modum vidēdi res nobis a tergo stātes in speculo aqueo/ vitreo/ ferreo/ vel marmoreo/ videre possumus. non quidez q̄ ymago illa quam videmus sit in speculo sed in oculo ⁊ hoc mō dicit̄ in quinta ppositione scdi libri dicte pspectiue luces ⁊ colores a speculis reflexos res quarū sunt spēs oculo ostendere. Non tñ quoscūq̄ radios ⁊ a quibuscunq̄ corporibus reflexos oculus pcipit scz solas a regularibus superficiebus ⁊ politis reflexiones notabiles factas oculo sentiri cōtingit vt dicit se-

Triplex est mod⁹ videndi. Prim⁹ modus

ad primā q̄ōnem

Secūd⁹ mod⁹ vidēdi per radios reflexos

Triplex experimētū de reflexione

Multe sūt reflexiōes īpceptibiles.

cunda propositio scdi. licz eni ab omni obiecto
corpore fiat reflexio specierũ sese per medium
diffũdimur: quãdo tamen superficies corporis
reflectentis est aspera et irregularis cuius que
dam ptes aliis supereminent tunc reflexio non
potest fieri uniformis ꝛ ad angulũ pyramidis
concurrens sed una pars ymaginis reflectitur
ad unã differẽtiã positiõis alia ad aliã. Simili
ter ab aere ꝛ a vitro nõ plũbato multe fiũt refle
xiones sz valde tenues et virtuti visiue impro
portionate que non ꝑcipiũtur nisi a debilissimo
visũ sicut dicit Aristoteles ĩ tertio metheororũ
ꝙ antiphon semꝑ videbat ymaginẽ suã in ae
re sibi obiecto ꝓpter visꝰ debilitatem. In hoc
etiam modo videdi tũ ꝓpter diuersas speculoꝝ
figuras. tũ etiã ꝓpter diuersarũ eoꝝ ad oculum
positionẽ multe varietates ꝛ deceptiones cõti
gũt. aliter enĩ in speculis planis aliter in rotun
dis aliterqꝫ in pyramidalibus ꝛ columnaribus
Item aliter in speculis integris aliter ĩ fractis
Insuper aliter ĩ speculis obiectis et aliter ĩ sup
positis res apparere contingit. dicit̃ enĩ i.2 ĩ se
cundi libri altitudines in speculis suppositis e
uersas apparere. Et in.22. in speculis planis fa
cialiter obiectis facies apparere preposteras.
item.33.et.34. secũdi libri dicit̃ in speculis sphe
ricis recta ꝑ maiori pte curua et minora appa
rere. Et in 24.46 47.48. ꝓpõnibus secũdi
libri habetur ꝙ in speculis cõcauis et in planis
fractis eiusdẽ rei simul plures ymagines appa
rere ꝯtingit. ¶ Tertia pars ꝑspectiue est de ra
diis fractis et per hos radios videmꝰ qñ res ẽ
oculo facialit̃ obiecta sed in medio alterius dy
aphanitatis a medio illo in quo est oculus tũc
enim medium densius radios visuales aliqua
liter reflectere nititur nõ tñ oĩno eos reflectit
nec oĩno eos directe ĩcedere permittit vñ ñt ꝙ
ꝓcedunt mediomodo ĩter directos ꝛ reflexos
scz fracti. Fractio aũt fit in occursu mediĩ secũ
di vt dicit̃ ĩ decima quĩta ꝛ decima sexta primi
et in secunda tertiĩ libri. Cũ enĩ corpus visibile
est in medio rariore radiĩ eius directe incidunt
vsqꝫ ad introitũ mediĩ densioris vbi ꝓpter resi
stentiam radiĩ laterales ĩcipiunt accedere ad ra
dium mediũ centralẽ qui dicitur radius perpen
dicularis vel cathecus ꝛ ita recedunt ab ĩces
su recto ꝛ frangũtur. Sed cũ res visibilis est in
medio densiore radiĩ eius ꝑ ipsm medium direc
te extenduntur vsqꝫ ad sup̃ficiẽ mediĩ rarioris
vbi propter minorẽ resistentiã facilẽ aditum in
uenientes incipiunt dilatari (quia natura lucis
est diffundere se per medium nisi impediatur) ꝛ
sic radiĩ laterales a radio ꝑpẽdiculari incipiunt
recedere et frangi. Et visio per hos radios fa
cta multas recepit varietates ꝛ errores. quan
doqꝫ eñi res miores/quandoqꝫ maiores/qñqꝫ
propinquiores/qñqꝫ remotiores/ꝛ sepius alte
rius figure ꝙ sint apparent. vt eñi dicitur in qn
ta ꝓpõne tertiĩ rem visum ꝑ radios fractos ex
tra locũ suum necesse est apparere. Itẽ in sexta
eiusdem tertiĩ res ptim extrĩs in aqua ptim in ae
re apparet fracta. immo in toto illo tertio fere
concluditur quod impossibile est rei visũ per ra
dios fractos certificari ꝗtitatẽ. Sz aduerten
dum ꝙ cũ oculus est in medio rariore ꝛ visibile
ĩn densiore propter dictam radiorũ a perpendi
culari refractionem maiorem angulum in ocu
lo faciunt ꝙ facerent si in eadẽ distãtia directe
procederent. maior autem angulus ad equalem
vel eãdem distantiã relatus facit maiorẽ basis
apparentiã vt dicit̃ in.74. propositione primi.
et ex hoc sequitur ꝙ res apparet maior ꝛ ꝓpin
quior ꝙ sit. Cũ aũt ecõuerso visus est in medio
densiore visibile autẽ in rariore oppositum ac
cidit vt scz res minores ꝛ distãtiores appareãt
eo ꝙ radiĩ in occursu mediĩ densioris ad perpẽ
dicularẽ fracti minorem in oculo faciunt angu
lum. ¶ Ex hiis ꝙ potest respõderi ad secundã
questionẽ si mediocriter predicta inspiciantur.
Unde res intra aquam vel trans vitrũ aut cry
stallũ vel vapores vise maiores ꝛ ꝓpinquiores
ꝙ ĩ aere puro ꝛ in simili vel eadẽ distãtia appa
rẽt. Hec etiã ẽ causa quare sydera oriẽtia et oc
cumbentia maiora ꝙ in medio celi. et denarius
in profundo aque maior ꝙ extra apparet. Hac
quoqꝫ de causa contingit res aliquas videri per
radios fractos quas ꝑ directos impossibile est
ad oculum pertingere vt dicit septima tertiĩ si
cut patet experimento qñ si ponatur denarius
intra vas cuiꝰ latera sint mediocris altitudinis
et retrocedat aspiciens donec denariũ (ex impe
dimento laterum vasis directos radios prohi
bentium) non videat. quo stante vas illud aqua
limpida impleatur et denariũ videbit etiã si lon
gius recedat. quod non est nisi propter radios
fractos qui a superficie aque obliquo incessu no
uam pyramidem constituunt. Ex hoc etiam in
fertur solem lunã et stellas aliquãdo videri an
teqꝫ orizontem ascendant quando scz aer est va
porosus propter similẽ radiorum refractionem
Hinc ortum cõe prouerbiũ ꝙ cũ sol citius soli
to de mane apparet est signum future pluuie.
Sequitur etiã ex dictis ꝙ tẽpore sereno stellas
minores iudicemus ꝙ si in tanta distantia eas
sub medio vniformi videremus eo ꝙ stelle sunt
in medio rariore nos autẽ in densiore.

Differẽtie speculorum

Tertius modꝰ videndi per radios fractos

Ad secũdã q̃stionem.

Primũ correlariũ

Secundũ

Tertiũ.

Quartũ

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco
cardinalis et episcopi cameracensis docto
risqꝫ celebratissimi. Questio quarta

Queritur quarto utrũ sphere celestes infe
riores moueantur pluribus motibus ar
guitur ꝙ non q2 si sic vel ambo tales motus es
sent naturales vel ambo violenti vel vnus na
turalis et alter violentus. nõ primũ q2 eiusdem
corporis simplicis nõ est nisi vnus motus natu
ralis nec scdm q2 tales sunt ꝑpetui modo ĩ per
petuis nullũ est violentum. Et pari ratione ostẽ
ditur ꝙ vnus nõ est naturalis ꝛ alter violentus
ergo tales sphere nõ mouẽtur pluribus motibꝰ
a sufficienti diuisione. Scdo sic q2 quelz sphera
celestis est corpus simplex ergo cuilz sphere de
betur vnicus motus simplex. Consequentia tz
per.p. primo celi añs notũ est. Tertio sic q2 si sic
vel ergo motores a quibus mouerentur essent
eque fortes vel vnus fortior alio. si primũ tunc
sequitur ꝙ tales sphere deberẽt simpliciter q̃es
cere ꝛ nõ moueri consequentia tz ꝑ simile nã si
essent duo homines sese trahentes vnus contra
alterũ et essent eque fortes tunc nullus eorum
moueretur immo quiescerẽt. si secũdũ sequitur
tunc ꝙ talis sphera dz precise moueri vno mo
tu. s. versus ptem ad quã tendit fortior motor

Quarto sic quia si sic vel hoc esset ab eadem intelligētia vel a diuersis nō primū quia sicut forma naturalis habet vnicā operationē ꝓpriā ita intelligētia etiā habet mouere vnico motu. nec secūdū quia vni orbi inest solū vna intelligētia sicut vni corpori solū inest vna aīa. Quinto sic quia si sic vel ergo tales motus essent eque veloces vel vnus velocior alio. si primū tunc sequeretur ꝙ sphera deberet quiescere et nō moueri: ꝯña tenet a simili qꝛ si nauis moueatur ab oriēte in occidentē et homo moueatur equali velocitate ecōtra tūc conceditur coīter ꝙ ille homo nō mouetur simpliciter. ꝛ ita videretur de sphera esse si illi duo motus essent eque veloces nec pōt dici secūdū qꝛ tūc sphera dēret dici moueri vnico motu. s. versus partē ad quā tēdit motus velocior. Sexto sic impossibile ē idē moueri pluribus motib⁹ simul ꝛ semel. ergo ꝯña tꝫ et aūs pꝫ qꝛ si sic tūc possibile esset idē simul ꝛ semel eē in diuersis locis ꝯñs est falsum naturaliter ꝛ pꝫ ꝯña quia diuersi motus locales sunt ad diuersa loca. Ultimo sic qꝛ si haberemus ponere spheras interiores mobiles diuersis motibus hoc esset ad saluandū diuersitatē effectuū in istis inferioribus sed non ꝓpter hoc oꝫ ponere: igit̃ ꝛc̃. ꝯña est nota maior pꝫ qꝛ talis videtur esse vna principalis cā. minor pꝫ qꝛ tūc oporteret ponere plures tales spheras tot moueri motib⁹ quot producuntur diuersi effectus in specie i istis inferioribus ¶ In oppositū arguitur per autorē in textu/ nam ponit ꝙ tales sphere mouētur ab oriēte in occidentē motu diurno sup polos mūdi. et ab occidente in orientē motu ꝓprio super polis zodiaci. Etiā arguitur per Ptholemeū ꝛ astrologos. In questione erunt duo articuli. in primo recitabitur q̄dā opinio de quesito et videbitur qualiter sit possibile idē simul moueri pluribus motibus et quid ex hoc accidat. In scđo respōdebitur ad q̄situ et erūt dubia. ¶ Quātū ad primū sciendū est ꝙ fuit q̄dā opinio scꝫ opinio Alpetragij qui ponebat omnes spheras celestes moueri vnico motu simplici: scꝫ ab oriente in occidentē et ab eadē intelligentia et mouebatur per aliquas rōnes āte oppositū factas. ꝛ ex alio qꝛ cū oriens sit pars dextra tūc oīs motus in celo debet incipere ab oriente. sed ad saluandū illa que nobis apparent sicut diuersas reuolutiones spherarū ymaginabatur iste Alpetragius ꝙ primū mobile cōpleret reuolutionē suā ab oriente in occidentem in vigintiquattuor horis adequate et alie sphere inferiores retardantur a tali cōplemēto alique magis et alique minus secūdū ꝙ magis vel minus distāt a primo mobili: verbi gr̃a. Octaua sphera nō ꝯplet vnā reuolutionem ab oriente in occidentē in viginti quattuor horis sed modicū deficit ita ꝙ in triginta sex mille annis ipsa facit vnā reuolutionē minus q̄ primū mobile. postea saturn⁹ magis adhuc deficit a tali reuolutiōe cōpleta q̄ octaua sphera et intātū ꝙ facit ī triginta annis vnā reuolutionem minus q̄ primū mobile. Postea iupiter magis deficit q̄ superiores intātū ꝙ in duodecim annis facit vnā reuolutionē min⁹ q̄ primū mobile Postea mars magis deficit itm ꝙ ī duobus annis vnam reuolutionē minus facit q̄ ꝑmum mobile Postea sol magis deficit intātū ꝙ ī vno anno vnā reuolutionē facit minus Ven⁹ et mercuri⁹ se habēt quasi sol. Luna vero inter omnes spheras magis deficit intm̄ ꝙ ī mēse deficit ab vna reuolutione. ergo secūdū eius ymaginationē nos ponimus aliquā spherā cōplere reuolutionē suā quādo reuertitur cū primo mobili ad idē punctū amissa vna reuolutione. Ista opinio aliqualiter reprobabitur i secundo articulo. ¶ Ulterius notandū est ꝙ tripliciter potest intelligi aliquid moueri plurib⁹ motib⁹. Primo modo eque primo. i. quod secūdū se ꝛ quodlibꝫ sui moueat̃ de ꝑ se quolibꝫ illorū motuū ꝛ nō aliquo illoꝝ ad motū alteri⁹ recte sicut idē diuersis alterationibus simul alterat̃ videt̃ eñ ꝙ idē simul calefit ꝛ albefit. Scđo pōt intelligi aliquid moueri pluribus motibus simul sic ꝙ nō moueatur vnico motu simplici sꝫ motu mixto ex pluribus motib⁹ nō tñ ꝙ mot⁹ habeat sic misceri sicut elemēta sed sic ꝙ alicui moto attribuātur denoīationes cōuenientes diuersis motib⁹. De isto secūdo mō pōt exemplificari si aliquod mobile descendat per arcū cui⁹ corda est semidiameter mūdi tunc illud mobile mouetur motu cōposito siue mixto Tertio mō dr̃ aliquid moueri pluribus motibus non eque primo sꝫ vno motu ex se ꝛ alio ad motū alteri⁹ sic ꝙ vnus illoꝝ motuū sit illi mobili ꝓprius sꝫ alter nō: imo ꝑter naturā. Istis notatis ponūt̃ cōclusiones. ¶ Prima est impossibile est idem moueri plurib⁹ motibus primo modo seu eque primo. pꝫ per sextā rōnē ante oppositū: nec valet obiectio ꝙ idē simul ꝛ semel bene mouet̃ pluribus motibus alterationis: qꝛ termini ad quē diuersarū alterationū nō sunt repugnantes sed termini diuersoꝝ motuū localiū eidē eque ꝑmo cōuenientiū repugnant inter se. ¶ Secūda ꝯclō ꝙ possibile est aliquid moueri pluribus motib⁹ secūdo mō pꝫ primo de exēplo posito i illo scđo modo: pꝫ ex alio qꝛ si nauis moueatur ab oriente in occidentē ꝛ homo exñs infra moueretur a septētrione ad meridiē tūc talis mouetur motu mixto ex duob⁹. ¶ Tertia ꝯclusio possibile est idem mobile moueri diuersis motibus. tertio modo pꝫ qꝛ si aliqua lācea descenderet ꝛ sit ibi musca mota circulariter/ tūc musca mouet̃ diuersis motibus scꝫ vno motu proprio ꝛ alio ad motū alteri⁹. ¶ Sed dubitatur si nauis moueatur ab oriēte ī occidentē ꝛ sortes moueatur ecōtra equali velocitate tūc querit̃ vtrū sit simpliciter ꝯcedēdū ꝙ sortes mouetur. Et ad hoc dicūt aliqui ꝙ sic: qꝛ sortes currit ꝑ nauē: ergo mouetur. Itē alr̃ ꝯcederetur ꝙ aliquis fatigaretur i quiescēdo. Ueruntñ est alia opinio magis ꝓbabilis ꝙ in casu illo sortes nō mouetur simplicit̃ loquēdo. ꝛ cā est qꝛ ꝯtinue sortes eodē modo se habet ad fixū quiescēs: ergo nō mouetur sꝫ quiescit. Ex istis ꝯclusionib⁹ inferuntur aliqua correlaria. primū est ꝙ possibile est ex duobus motibus rectis motū circularē describere. i. ꝙ possibile ē aliquid moueri duplici motu recto describendo circulū vel partem circuli. verbigratia describatur vn⁹ circulus: deinde describatur linea contingens circulū in puncto equalis diametro illius circuli et eque distans ab illo dyametro et in ista linea in pūcto cōtactus sit musca. a. et vltra ponatur ꝙ ista linea incipiat moueri vnifor-

Prim⁹ articul⁹.

Opio alpetragij.

Tripliciter aliqđ moueri dicit̃ plurib⁹ motibus.

Prima ꝯclusio

Secūda ꝯclusio

Tertia ꝯclusio

Bonum dubium.

Primū correlarium.

circuli (q̄ð est stella immobilis) ad orizontē de-scendens protrahatur. altera vero a sinistris ad dexteram. quelʒ iterū hu⁹ circuli quarta in sex spacia equalia diuidatur totus igitur circulus in viginti quattuor spacia equalia erit distribu-tus. que oīa dicta stella in die naturali hoc est ī viginti quattuor horis pcurrit ꝛ sic q̄dlʒ spaciū erit vnius hore. ¶ Notandū etiam ꝙ iuxta me-diū mensis aprilis stella horologialis quā dixi-mus in summitate crucis descripte hora medie noctis apparet. post quīdeci vero dies/scilicet ī fine aprilis ꝛ principio maij hora medie noctis eadem stella vno spacio horario versus occidē-tem ad manum sinistrā apparet declinans. Et iterū iuxta mediū maij p duo spacia a summi-tate crucis in media nocte distabit. Et in fine maij et principio iunij tribus spacijs iam in me-dia nocte apparebit separata et sic deinceps in quibus libet quindeci diebus vnū spaciū varia-bit dicta stella hora medie noctis. vñ ad mediū mensis iulij in brachio crucis sinistro. in medio vero octobris in extremitate inferiore crucis ꝛ iuxta mediū ianuarij in brachio crucis dextro hora medie noctis dictā stella videbitur. Sic ita ꝙ habetur situs p̄dicte stelle in suo circulo quo libet mense totius āni hora medie noctis cogni-to igitur in quolʒ mense aut die anni situ stelle ī media nocte quacūqʒ hora de nocte ipsam aspe-xeris facile colectari poteris per quot spacia ho-raria añ vel post locū medie noctis dicta stella fuerit ꝛ sic horam quesitam agnosces. Ad hui⁹ tū operis faciliorem vsum post instrumentum circulare in medio pforatū fieri: i margine aūt per viginti quattuor spacia equalia diuisum. in quo si per foramen aspiciatur polus iuxta mar-ginem aut stella horologialis notetur: statī ho-ra presens apparebit. ¶ Sed ibi. polus vera.

ponuntur. v. nōis post oppositi. primū est antar-cticus id est contrarius arctico/ anti enī contra est. res aūt nobis ignotas per aliquā habitudi-nem ad notas noīamus. Scðm nomen est me-ridionalis: qꝛ polus est ex parte meridiei. si enī linea a nostro zenit p centrū solis (dū est in me-ridie) vsqʒ ad orizontē ꝛ vltra extendat̄ ad aliū polum necessario pueniet. sol etiā existēs in me-ridie radios suos ad nos quasi ab illo polo mit-tit. vmbra aūt nostra directe tēdit cōtra polum septētrionalē. Tertiū nomen eius est polus au-stralis a quodā vento nobis pluuioso qui ab il-la parte flat ꝛ vocat̄ turbidus auster. Isti igit̄ poli sunt duo puncta celi imobilia: ꝛ sup illos re-uoluitur celū ꝛ totus mūdus motu primi mo-bilis ꝛ horū polorū vnum semp eleuatū sup nos videmus. alter vero semper nobis occultat̄ sub orizonte. ꝛ de his Virgilius in primo georgico-rū sic ait. Hic vertex id est polus (polus enī gre-ce vertex est latine eo ꝙ sup ipsum fiat vertigo ꝛ reuolutio corporis cuius est polus) nobis semp sublimis id est eleuatus sup orizontē appareat. sed illū id est aliū polum sub pedib⁹ stix atra q̄ est lacus infernalis vt poete fingunt: manesqʒ id est aīe pfundi id est inferni vidēt. ¶ Ex his igitur apparent descriptio/noīa/atqʒ officia cir-culi equinoctialis. sunt enī ei⁹ duo precipua offi-cia. primū est notare duo pūcta in zodiaco ad q̄ cū sol puenerit est equinoctiū in vniuersa terra. Scðm est ostēdere nobis viā motus primi mo-bilis dareqʒ certam regulam ꝛ mensurā illius: qꝛ semp qualibet hora quindecim gradus hui⁹ circuli per orizonte ascendunt aut descendunt.

¶ Reuerendissimi dñi Petri de aliaco car-dinalis ꝛ episcopi camera censis doctorisqʒ celebratissimi questio prima.

Queritur primo circa scðʒ capl'm verū po-test esse equinoctium in vniuersa terra. Et arguitur primo ꝙ non qꝛ si sic hoc maxime esset sole existe in principio arietis vel in principio li-bre sʒ qꝛ nō ꝙ pñā nota est/ maior pʒ p autorē in textu. vñ ponit ꝙ ex eo dicitur equinoctialis qꝛ dum sol transit p istum circulū ꝙ pingit bis in anno vʒ in principio arietis ꝛ in principio li-bre sole existe est equinoctium in vniuersa terra. Item dicit autor in tertio capitulo pte secunda ꝙ dum sol est in alterutro punctoꝝ equinoctia-lium arcus diei adequatur arcui noctis. ꝙ ma-ior vera Sed ponitur minor qꝛ si sic sequeretur ꝙ dies ꝛ nox simul mensurarētur ꝛ simul essent in eodem instanti indiuisibili. pñs est impossibi-le. ꝛ pʒ pñā qꝛ sol tm̄ est p instans in principio a-rietis vel libre ꝙ si sit equinoctiū solum erit p ī-stans. Secundo sic: qꝛ impossibile est esse equi-noctium illis quoꝝ zenit est in polo ꝛ orizon est equinoctialis ꝙ questio falsa. pñā tʒ añs pʒ qꝛ sol mouetur in excentrico suo vt hꝫ in theoricis planetaꝝ cuius excentrici aux est ppinquior po-lo arctico ꝙ alteri polo: ita ꝙ maior medietas eius declinat versus septētrionē ꝙ sol p maius tempus est supra orizontē. illoꝝ quoꝝ zenit est ī polo arctico ꝙ sub orizonte ꝛ p pñā hꝫ intentū. Tertio sic qꝛ in aliqua patria est lumen ppetuū sine vmbra vel tenebrositate ꝙ questio falsa/ p-

batur añs/primo p autorē in textu qz illis quorū zenit est in polo semp apparent crepuscula ꝙ sequit ꝙ tales hñt lumē ppetuū ex hoc directū vel reflexum. probat scdo añs qz vapores reflectētes lumen solis ascendūt a supficie terre per 52000. passuū vt hr ex cōmēto Capani super. 58 ꝯclusionē decimi Euclidis: sed talibus sol non pot depmi vltra. 24. gradus sub orizonte ꝛ io cum adhuc nobis appareant crepuscula sole depresso p. 18. gradus et cū simus in aere sereno: a fortiori eis apparebūt crepuscula semp etiam i maxima solis declinatione Quarto sic qz nox i quolz tpe brevior est die ꝙ. ꝯña tz pbatur añs qz nox nō est aliud ꝙ vmbra cāta ex aggregato terre ꝛ aque. et dies nō est aliud ꝙ illud qđ illuminatur a lumine solis seclusa tali vmbra/ mō maius est multo qđ illuiatur ꝙ sit vmbra. quod pbatur qz qñ lucidū maius est vmbroso/ tūc lucidū illuminat tenebrosum plusꝙ dimidiū. mō sol maior est ꝙ aggregatū ex aqua ꝛ terra ergo sequitur ꝙ maius illuiat ꝙ remaneat de vmbra

¶ In oppositū arguit p autorē vbi prius allegavat i pma rōe/ pz et p Ptholemeu et p astrologos. In q̄stione erunt duo breues articuli. in primo notabilia ponētur. et in scdo ꝯclusiones.

Primꝰ articulꝰ.
Quid dies naturalis.

¶ Quātū ad pmū est aduertēdū ꝙ duplex est dies qz q̄dā est naturalis/ ꝛ q̄dā artificialis Uñ dies naturalis dr tps quo sol cōplet vnā reuolutionē motu firmamēti. ꝛ ꝯtinet. 24. horas p die artificiali ꝛ p nocte. Et talis dies naturalis in pluribus locis apud astronomos icipit a meridie diei pcedentis: in aliquibus locis incipit a media nocte. Sz dies artificialis dicit elevatio solis sup orizotē secludēdo noctē ꝛ q̄lz eiꝰ p tē

Quid et quotuplex ē dies artificialis.

p quo ē aduertēdū ꝙ tripliciter solet capi dies artificialis: pmo mō p tpe qđ est a cōtactu cētri solis cū orizonte versus oriens vsꝙ ad cōtactū simile eiusdē cū eodē versus occidēs. et ista est cōis acceptio ipsius. Sed secūdo mō accipitur dies artificialis p tpe qđ est a principio apparitionis solis aut alicuius eius partis vsꝙ ꝙ nec sol nec aliqua eiꝰ pars potest plus apparere p eius depssionē sub orizonte Sed tertio modo capitur dies artificialis p toto tpe qđ est a principio illuminationis medij siue p lumen primariū/ siue p lumen secūdariū/ siue directū/ siue reflexū quousꝙ nihil plus de medio ē illuminatū et isto mō crepuscula sunt partes dierū. et iste ē modus cōis apud vulgares Et pportionaliter nox potest capi tripliciter: ita ꝙ in qualibet acceptione diei artificialis residuū est pro nocte.

Duplex est eqnoctium

¶ Secūdo notādū est ꝙ esse equinoctiū nō est aliud ꝙ diē artificialē et noctē aliquo pdictorū modoꝝ adequari p quo est aduertēdū ꝙ duplex pōt imaginari eqnoctiū vnū pcisum et adequatū. s. si dies artificialis ꝛ nox pcise adequarentur sed aliud imaginat equinoctiū apud vulgares sic. s ꝙ dies artificialia et nox fere sunt equales ita ꝙ iter eoꝝ q̄ntitates nō sit mltū sēsibilis dña

Quot requirunt ad verꝝ equinoctium

¶ Tertio notandū est ꝙ ad inueniendū eqnoctiū pcisum si esset possibile oporteret multa ꝯsiderare: pimo eēt oz cōsiderare eccentricū solis et motū eius in eccētrico/ ꝛ augē. scdo ascensiones signoꝝ. et tertio oz ꝯsiderare circulū deferētē a sole in principio arietis vel libre. qz si oēs isti motus possent p orizōtē simul in equalia diuidi tunc posset equinoctium esse et non aliter.

¶ Ultimo notandū est ꝙ hic loquēdum est ac si terra esset pfecte spherica: ꝛ ꝙ eiꝰ magnitudo nullā diuersitatē faceret in visione.

Secūdꝰ articulꝰ. Prima ꝯclusio

¶ Quantū ad scdm sit hec prima ꝯclusio: ꝙ sole existēte in principio arietis vel libre dies artificialis non adequatur nocti precise capiēdo diē artificialez sm astronomos. ptz conclusio sic: qz sole existēte in pncipio arietis vel libre arcꝰ quem sol describit sub orizonte nō est equalis arcui quē describit supra orizontē: ꝙ ꝯclusio vera. ꝯña est nota. añs pbatur: qz sp aute introitū solis in arietem arcus sub orizonte descriptus maior est ꝙ descriptus sup orizontē. ꝛ semp post introitum talis arcꝰ sub orizōte est minor: ꝙ nūꝙ est equalitas istoꝝ arcuū. ꝯña tz: qz p solū instās sol est in principio arietis.

Secūda ꝯclusio

¶ Scda conclusio ꝙ sole existe in pricipio arietis vel libre est equinoctiū vulgare in vniuersa terra. ptz ꝯclusio: qz illo tūc dies artificialis pmo mō capiēdo aut scdo mō est fere equalis nocti/ nec inter eoꝝ q̄ntitates est notabilis dña. Et istā ꝯclusionē voluerunt hīc loq̄ntes de equinoctio.

Tertia ꝯclusio

¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ sole existe ibidē nullo modo est eqnoctiū capiēdo diē artificialē sm vulgares. ptz: qz dies artificialis capiēdo primo modo: ꝛ nox pmo modo sunt fere equales et modo crepuscula sunt ptes diei artificialis vel dierū/ q̄ crepuscula ꝯtinēt horā cū dimidia ad minus.

Quarta ꝯclusio.

¶ Quarta ꝯclusio est ꝙ non est possibile planetis et signis motis: vt nūc mouētur esse equinoctiū vle precise. ꝯclusio ptz p rōnes factas āte oppositū. nec valz rō aliquoꝝ. qz dies artificiales aliqñ sunt breuiores: postea lōgiores: ergo aliqñ debēt esse equalitas Rñdetur ꝙ bene stat ꝙ fi transitus de extremo ad extremū non trāseundo p mediū in ipropor tionalibꝰ: vt habet in ꝯmento tertij Euclidis.

Ad rōes q̄stionis.

¶ Ad rōnes āte oppositū dicit ꝙ bene arguūt pro dictis. Auctoritates post oppositū sunt intelligende iuxta secundam conclusionem.

De zodiaco circulo.

Quid est zodiacꝰ circulus

¶ Est et alius circulus in sphera qui intersecat equinoctialē: et intersecatur ab eodē i duas partes equales: ꝛ vna eius medietas declinat versus septētrionem alia versus austrū. Et dicitur iste circulꝰ zodiacus a zoe qđ est vita quasi circulus vite: qz secundū motū planetarū sub illo est oīs vita in rebus iferioribus. Uel dicit a zodion qđ est aīal quasi circulus aīaliū. qz cū diuidat in duodeci partes equales (q̄ dicūtur signa) quodlz habet nomen speciale a noīe alicuius aīalis: propter pprietatē aliquā cōuenientē tā ipsi signo ꝙ aīali. vel propter dispositionē stellarū fixarū in illis partibꝰ ad modū hmōi aīaliuu.

Tria eiꝰ nomina. Primū nomen.

Noīa ordo ꝛ nūerꝰ signorum.

Noīa autē signorum ordiatio/ ꝛ numerus i his patēt versibꝰ Sunt aries. taurus. gemini. cancer. leo

virgo. Libraq3. scorpi⁹. architenens. ca
per. amphora. pisces. Iste vero circulus
Secūdū nomen
latīe dicit̄ signifer q2 fert signa: vel q2 di
uiditur in ea. Quodlibet aūt signū di-
uiditur in. xxx. gradus vnde p3 q̄ i toto
Diuisiones prīi zodiaci
zodiaco sūt gradus. 360. Secundū autē
astronomos iterum quilibet gradus di
uiditur in. lx. minuta: ꝛ q̄libet minutū
in. lx. secunda. quodlibet secundū in. lx
tertia: et sic deinceps vsq3 ad decima Et
sicut diuiditur zodiacus ab astronomo
ita et quilibet circulus ī sphera siue ma
ior siue minor in partes consimiles. Ab
Tertius nomen
Aristotele vero ī secūdo de generatiōe
et corruptione dicitur circul⁹ obliquus
vbi dicit q̄ secundū accessum ꝛ recessū
solis in circulo obliquo fiūt gn̄atiōes ꝛ
corruptiōes in rebus inferiorib⁹. Cum
Notabile.
oīs etiā circul⁹ ī sphera pret̄ zodiacū in
telligatur sicut linea vel circūferentia:
solus zodiacus intelligit̄ vt superficies
habēs in latitudine sua. xii. grad⁹ de cu
Correlarium
iusmodi gradibus iā locuti sumus. Vñ
p3 q̄ quidā mētiuntur in astrologia di-
centes signa esse quadrata. signū eni ha
bet. xxx. gradus in lōgitudine. xii. vero
in latitudine. nisi abutētes noīe idez ap-
pellent quadratum ꝛ quadrangulū Li
Quid linea ecliptica
nea autem diuidēs zodiacum in circui-
tu ita q̄ ex vna pte sui relīquat. vi. gra-
dus et ex alia parte alios. vi. dicitur li-
nea ecliptica qm̄ qñ sol ꝛ luna sūt linea-
liter sub illa/cōtīgit eclipsis solis aut lu
ne. quo aūt modo postea patebit. Dici-
tur etiā via solis eo q̄ sol sēper discurrit
sub ea oēs vero alię planete declinant:
vel versus septētrionē vel vers⁹ austrū
Que sūt signa septētrionalia ꝛ q̄ australia.
in zodiaco qñq3 aūt sunt sub illa. Pars
vero zodiaci que decliat ab equinoctia
li versus septentrionē dicitur septētrio
nalis: arctica/vel borealis. et sex signa
eius q̄ sunt a principio arietis vsq3 ī fi-
nē virginis dicuntur signa septētriona
lia vel borealia. Alia pars zodiaci que
declinat ab eq̄noctiali versus meridiē
dicitur meridionalis/vel australis/ vel
ātarctica. et sex signa ei⁹ que sūt a pīci-
Quadruplex acceptio signi.
pio libre vsq3 ī finē pisciū dicitur signa
meridionalia vel australia. Sciendū au
tē q̄ hoc nomē signum quadrupliciter
sumitur. pīo p duodecia parte zodiaci:
Prima
et hoc modo cū dicitur q̄ ī ariete est sol
vel ī alio signo hec prepositio in sumitur
Secūda
p sub. In alia aūt significatiōe dicitur si
gnū pyramis quadrilatera cuius basis
est illa superficies quā pīo appellauim⁹
signū: vertex vero eius est in cētro terre
et secundū hoc proprie loquendo possu
Tertia
mus dicere planetas esse ī signis Tertio
modo dicitur signū vt intelligantur sex
circuli transeūtes super polos zodiaci ꝛ
per principia duodecī signorū in prima
significatiōe. illi sex circuli diuidūt totā
superficiem sphere in duodecim partes
latas ī medio arctiores vero iuxta polos
zodiaci et quel3 pars talis dicitur signū
ꝛ nomē habet speciale a noīe illius signi
qd̄ ītercipitur inter suas duas lineas e.
secundum hanc acceptionem stelle que
sunt iuxta polos dicuntur esse in signis
Quarta
Itē intelligatur corpus quoddam cui⁹
basis sit signum secundū q̄ nunc vltimo
accepimus signū: acumen vero eius sit
super axem zodiaci. tale igitur corpus
quarta significatione dicitur signum. se
cūdum quam acceptionem totus mun
dus diuiditur ī duodecim partes equa-
les que dicuntur signa. et sic quicquid ē
in mundo est in aliquo signo.

¶ Hec est scd̄a particula huius p̄me partis de secundo circulo maiore sc3 de zadiaco et primo de eius descriptione. Secūdo de eius nominib⁹ ibi. et dicitur. Tertio de ipsius q̄ntitate ibi. cum omnis etiam. Quarto agitur de multiplicitate huius nominis signum ibi. sciendum autē. Descriptio zodiaci talis est. zodiacus est vnus circulus maior taliter ī sphera descriptus q̄ intersecat circulum equinoctialem ꝛ intersecatur ab illo in duas medietates secūdum angulos impares et obliquos et vna zodiaci medietas declinat ab equinoctiali versus polum septētrionalem. alia autem versus polū australem. ¶ No-
Officiū circuli zodiaci.
tandum q̄ sicut imaginamur equinoctialem in primo mobili ad habendā viam per quā fit motus diurnus: ita imaginamur vnum aliū circulum in eodem primo mobili quem dicimus zodiacum ad cognoscendā viam motus ppriū inferiorum spherarū qui fit ab occidente per meridiem in orientem sub illo zodiaco et super alios polos distātes a polis equinoctialis in partes oppositas. ꝛ axis eius intersecat axem equinoctialis super centro mundi. vnde oportet q̄ etiam circulus illius motus intersecet equinoctialem et ab eo in partes oppositas deuiet. de quantitate tamen maxime declinationis eius infra fiet mentio. ¶ Textus. Et dicitur iste.
Ponit et declarat tria noīa huius circuli. secun

dū ibi. iste vero circul⁹. tertiū ibi. ab Aristotele. Quantū ad primū nomē sic procedit. qr primo declarat ipm̄ in secūdo adiungit quoddam notabile ibi noīa autē. Primū ergo nomen est zodiacus qd̄ dupliciter interpretatur. primo zoe qd̄ est vita quasi circulus vite: qr ppter motus planetarū et octaue sphere qui fiūt per istū circulū est ois generatio oisq3 vita in corporibus inferioribus vt phūs sentit in pluribus locis. vnde medici ꝟtutē vitalē dīt virtutē zodiacā. Scdo interptatur zodiacus a zodion quod est animal quasi circulus aialiū qr iste circulus diuidit ab astrologis in duodecim partes equales q̄ sunt duodecim signa et quodlib3 illoꝝ fere habet nomen alicuius aialis. et hoc ppter alterā duarū causarū sc3 vel quia stelle existētes in tali parte zodiaci habēt virtutē ꝛ ppietatē similē pprietati illius aīalis terrestris a quo denominatur. hoc est tales effectus faciūt in his inferioribus vel ad tales passiones inclinant hoīes quibus dominātur vt forte īfra apparebit. vel ppterea qr stelle illius partis zodiaci sic sunt ordinate ꝛ cōposite vt aliquod aīal videantur configurare sicut manifeste apparet intuētibus signū cancri leonis et sagittarij vbi hoꝝ animaliū figure apparent si diligēter aspiciātur. ¶ Sed ibi. nois autē. ponit vnū notabile qr dixerat q zodiacus dicitur circul⁹ aīaliū: ppterea quia partes eius principales que sunt signa habent nomina animaliū. ideo declarat huiusmodi noīa duodecim signoꝝ simul et ordinē atq3 numerū exponens. que omia plana sunt preter quatuor vltima nomina que metri necessitate sūt parū immutata sed sic cōiter nominātur. Sagittarius capricornus aquarius pisces ¶ Textus. Iste vero ponitur scdm nomen huius circuli et littera clara est. Sed ibi. quodlibet aūt. adiūgit duo notabilia ad declarationē eius qd̄ dixerat de diuisione zodiaci sc3 q diuiditur in duodecim signa. Primum est q̄ iterū quodlibet signū diuiditur i. 30. partes equales que dicuntur gradus et sic cum duodecim sint signa in toto zodiaco erunt. 360. gradus. quilibet etiam gradus diuiditur in. 60. partes equales que dicūtur minuta. quodlibet autē minutū diuidit etiā in. 60. secunda. qdlib3 secundū in. 60. tertia. et sic in infinitū per diuisionē sexagenariā semp pcedendo. Astrologi tñ cōiter nō procedūt nisi vsq3 ad decima. imo tabule Alphonsi que inter ceteras magis precise videntur nō pcedūt vltra septima. ¶ Secundū notabile ponitur ibi. et sicut. q sc3 non solus zodiacus diuiditur sicut dictū est in signa gradus et alias fractiones sed etiā ois circulus sphere siue maior siue minor pportionabiliter in signa et gradus et alias fractiones diuiditur. verūtamen minoris circuli minora erūt signa ꝛ grad⁹ q̄ maioris. ¶ Nec putādū ē q ceteroꝝ circulorū signa habeāt sic nomina distincta aut rōnes nominū sicut signa zodiaci: neq3 etiā i illis vnū signū potius q̄ aliud primū dici debet. vel ordo signoꝝ ibi assignari debeat sicut in zodiaco nisi forte habito respectu ad motū illius circuli. qr signato aliquo pricipio ordo suarū partiū secūdū successionē motus deberet accipi ¶ Tertiū nomen huius circuli ponitur ibi. ab Aristotele ꝛ est circulus obliquus quo noie vocauit ipsum Aristoteles in scdo de generatione ad finē. et dicitur obliquus circul⁹ ppter eius sitū in sphera qr non equaliter distat a polis mūdi in omnib⁹ partibus: sed vna eius medietas multū appropinquat polo arctico: altera vero polo antarctico. et propterea sol et alij planete qui per zodiacū mouētur dicunt̄ qn̄q3 accedere qn̄q3 recedere a nobis/ eo q qn̄q3 sunt sub medietate zodiaci q vergit ad nos: quandoq3 aūt sub opposita. Uel forte dicitur iste circulus obliquus: quia equinoctialem diuidit ad angulos obliquos: vt etiā dicemus infra de orizonte obliquo. ¶ Textus. Cum ois etiam. Determinat de zodiaci quātitate. et qr de longitudine eius satis dictum est ideo solū dici de ipsius latitudine. ꝛ primo facit hoc. scdo determīat de zodiaci diuisiōe quo ad eius latitudinē ibi. linea autē Quantum ad primū duo facit. qr primo ostendit latitudinem zodiaci. scdo excludit falsam locutionem quorundā ibi. vnde ptz. Quantitatē zodiaci in latitudine demōstrat ponēs dñam ei⁹ ad allos circulos hoc modo: qr ois alius circulus sphere imaginatur ī celo quedam linea circularis que dicitur circūferētia nullā habēs latitudinē: sed solus zodiacus intelligitur vna superficies circua duabus lineis circularibus et paralellis interclusa figure anularis vel timpanulis: cuius latitudo est duodecim graduū: quod est vna tricesima pars totius superficiei celi. ¶ Textus. Uads patet. Refellit falsam locutionē quorundā. dicebant enim signa esse quadrata: sed ex dictis hoc manifeste apparet falsum. quadratum enim sm geometras est figura quatuor laterum equaliū. signū aūt quodlibet duo latera opposita habet alijs longiora/ qr dictū est signū habere. 30. gradus in longitudine: solum aūt. 12. in latitudine: vnde nullū signū est quadratū. Uerūtamen posset dictū istoꝝ habere bonū sensum si nomen speciei pro nomie generis acceperūt improprie et abusiue. quadrangulus eni est genus quadrati: nunc autē signum quadrangulare est vnde si quadratum pro quadrangulo accipiunt verū dicūt. ¶ Textus. Linea aūt dicit de diuisione zodiaci sm latitudinem. et primo per lineam eclipticam. scdo per equinoctiales ibi. pars vero. Circa primū duo facit. primo pouit diuisionē zodiaci per eclipticā lineam. scdo ostēdit vtilitates illius diuisiōis ibi: qm̄ quādo sol zodiacus ergo diuiditur sm latitudinē hoc modo: protrahatur vna linea circularis per medium et sm longitudinem zodiaci pararella aliis duabus q̄ zodiacū terminā̄t. talis siquidē linea diuidit latitudinem zodiaci i duas medietates quarum quelibet habet sex gradus. Unde hoc modo zodiacus diuidit in duos circulos. quorum quilibet est medietas eius. Hec vero linea diuidens duo habet nomina: per que due huius diuisionis vtilitates significant̄. Primū nomē eius est linea ecliptica et declaratur ibi: quoniā



qr nūq̄ꝫ sol aut luna eclipsari possunt naturaliter nisi cū eclipsis vtriusqꝫ eorū sit sub ista linea zodiaci. quomō tñ fiāt eclipses solis aut lune infra quarto caplō apparebit. Hec igitur est pͥma vtilitas ymaginādi p̄dictā lineā q̄ diuidit zodiacū qr. s. ad cognoscēdas eclipses. Q̄ð aūt dr in textu. linealiter. ē sic intelligēdū ꝙ hora eclipsis sol ⁊ luna taliter se habēt: ꝙ si ꝓtraheretur vna linea dyametralis ab vna pte ecliptice zodiaci p centrū terre vsqꝫ ad oppositā ptē: hec linea vel diameter tāgeret corp⁹ solis ⁊ corp⁹ lune simul ideo sol ⁊ luna dicūtur esse eīc linealit sub ecliptica id est i eadē linea vel dyametro. ❡ Text⁹. Dicitur ēt. Ponit scðꝫ nomē hui⁹ linee scꝫ via solis eo ꝙ licet oēs planete moueant sub zodiaco: sol tñ semp decurrit sub ista linea nūq̄ꝫ ab ea deuiās. oēs ṽo alij sex planete q̄ñqꝫ deuiant ab ea vel sub medietate septētrionali zodiaci/ vel sub medietate australi/ ⁊ q̄ñqꝫ sūt sub hac linea Et hec est scða vtilitas hui⁹ linee: scꝫ cognoscere viā mot⁹ solis ⁊ alioꝝ planetarū sub zodiaco. ❡ Notandū ꝙ dupliciť accipiunť medietates zodiaci septētriōalis ⁊ australis. vno mō secundū diuisionē linee ecliptice q̄ diuidit zodiacū i duos circulos ꝑtiales vt dixim⁹: quoꝝ ille q̄ ē iter eclipticā ⁊ polū septētrionalē dr medietas septētrionalis. alter ṽo q̄ est iter eādē eclipticā ⁊ polū australē dr medietas austral' zodiaci et hoc mō ītelligiť text⁹ cū dicit sex planetas deuiare ab ecliptica vl' versus septētrionem vel versus austrū. Scðo modo accipiunť medietates zodiaci ſm diuisionē eq̄noctialis circuli q̄ vt dixim⁹ itersecat zodiacū i duas medietates ⁊ hoc mō accipit text⁹ sequēs. ❡ Text⁹. Pars vero. Dicit de diuisiōe zodiaci p circulū eq̄noctialē q̄ diuidiť zodiac⁹ nō in duos circulos sed in duos semicirculos. quoꝝ ille q̄ est iter eq̄noctialē ⁊ polū arcticū: dr medietas zodiaci septētrionalis/ arctica/ vel borealis. ⁊ etiā sex signa eius scꝫ a principio arietis vsqꝫ in finē virginis dicunť signa septētrionalia vel borealia. Alius vero semicirculus zodiaci q̄ est īter eq̄noctialē et polū antarcticū: dr medietas meridionalis/ vel australis. et sex signa ei⁹ scꝫ a p̄ncipio libre vsqꝫ in finē piscīū dicunť signa meridionalia vl' australia. ❡ Notādū ꝙ deuiatio planetarū a linea ecliptica ad duas medietates zodiaci pͥmo modo sumptas dr latitudo planetarū. sꝫ deuiatio eorūdē a circulo eq̄noctiali ad duas medietates zodiaci scðo modo acceptas diciť declinatio planetaꝝ. quomodo tñ cognoscanť hee latitudines ⁊ declinationes in quarto caplō videbitur. ❡ Text⁹. Sciēdū aūt. Ponit q̄ttuor significatiōes hui⁹ nois signū. scða ibi in alia. tertia ibi. tertio mō. quarta ibi. itē intelligať. pͥa significatio talis ē/ signū pͥmo mō dr vna duodecima ps sup̄ficiei zodiaci. ⁊ qr zodiac⁹ ad quē dirigūtur ꝯputatiōes astrologoꝝ est in octaua sphera vel in pͥmo mobili nō aūt in spheris planetarū: ideo cū dicim⁹ sol vel alius planeta est i ariete aut in alio signo intelligim⁹ id est sub eo. loquēdo de signo hoc pͥmo mō qr vt dictū est oēs planete mouenť sub zodiaco. ❡ Textus. In alia. Scðo mō accipiť signū pro corpore quadrilatero pyramidali cuius basis est illa sup̄ficies que dicitur signū in pͥma significatione. angulus autem eius qui diciť vertex est in centro terre. ⁊ hoc modo signū diciť quicquid est sub signo zodiaci vsqꝫ ad centrū terre tam in celis q̄ꝫ in elementis. ⁊ hoc modo possumus dicere proprie loquendo planetas esse in signis. continenť enim semper intra aliquam illarū duodecim pyramidum. veruntamen astrologi cū dicunt planetas esse in signis in pͥmo sensu cōmuniter accipiūt non in hoc secundo sensu neqꝫ in alijs. ❡ Notādum ꝙ dicta pyramis que dicitur signum secūdo modo sic potest ymaginari. dictū est ꝙ signū in pͥma significatione est quadrāgulare. a quolibet ergo eius angulo vsqꝫ ad centrum terre ꝓtrahatur linea recta. cum igitur linee sint quattuor: erunt etiam superficies laterales dicte pyramidis quattuor et preter eas erit alia quinta que dicitur basis scꝫ signum in prima significatione. ⁊ huius instar videre poterim⁹ si quadrāgularem portunculā casei vel pomi in profundum abscindamus. ❡ Text⁹. Tertio mō. Tertia acceptio signi est p sup̄ficie celi etiā sicut prima. p cuius intellectiōe ꝓtrahantur sex circuli magni ab vno polo zodiaci vsqꝫ ad alterum per principia duodecim signorum acceptoꝝ in pͥa significatione: verbigratia primus circulus sit per principium arietis ⁊ libre/ secundus per pͥncipiū tauri et scorpionis/ et sic de alijs. Isti sex circuli diuidunt totam sup̄ficiem celi in duodecim partes equales oblongas ab vno polo vsqꝫ ad alium latas in medio vbi est zodiacus: sed augustas iuxta polos zodiaci. quia quilibꝫ istorum circulorum tangit zodiacum ex vtraqꝫ pte ⁊ ideo licet non sint circuli nisi sex: diuidunt tamen celum in duodecim portiones iam dictas. quelibet igitur talis pars superficiei celi dicitur signum tertio modo. ⁊ denominatur vnaqueqꝫ earum ab illo signo zodiaci quod est in ea. vt puta illa que transit per arietem dicitur aries ⁊ sic de alijs. Et secundum hanc significationem accipiendo signum stelle fixe que sunt circa polos dicuntur esse in signis. Et hoc modo vtitur rex Alphonsus ⁊ ceteri astrologi signis in tabulis stellarum fixarum vbi earum longitudines ⁊ latitudines numerant. ❡ Textus. Item intelligatur Quarta acceptio signi se habet ad tertiā sicut secunda ad primā. diciť em̄ signum quarto modo quicquid est sub signo. tertio modo vsqꝫ ad centrum mundi ⁊ axē zodiaci. ⁊ sic accipiendo signū erit quoddā corpus triū sup̄ficierū habens acumē sicut gladi⁹ ex vna pte. ex alia ṽo pte erit basis eius illa sup̄ficies que dicitur signum tertio modo. due vero sup̄ficies laterales erunt recte sed ad concursum veniētes sup axē zodiaci vbi intelligitur esse acumē huius corporis. Et simile corpus videbimus si i pomo abscindatur vna portio ab vno polo ei⁹ vsqꝫ ad alterū in ꝓfundū Et hoc modo accipiēdo signū totus mūdus diuidiť i duodeci signa ⁊ quicqd est i mūdo est in aliquo signo. sed hac significatiōe vix aut nūq̄ꝫ vtunť astrologi. ❡ Circa predicta de noibus ⁊ ordine signoꝝ/ de quātitate ⁊ diuisiōe zodiaci occurrūt quinqꝫ dubitationes. Prima est quare potius zodiacum astrologi in duodecī signa q̄ꝫ in aliquē aliū numerū diuidūt ⁊ etiā quare quodlibet signū in triginta grad⁹ ⁊ quēlibet gradū in. 60. minuta/ ⁊ cetera. Scða

Duplices sunt medietates zodiaci.

Declinatio ⁊ latitudo planetarum

Quinqꝫ notabiles questiones.

dubitatio quare potius initiũ zodiaci est in ariete ꝗ̃ i alio signo: cũ tamẽ zodiacus sit circulus principio ⁊ fine carens. Tertia que est ratio impositionis nominũ hoꝝ duodecim signorũ: hoc est quare talis pars zodiaci vocatur aries/alia taurus/⁊ sic de ceteris. Quarta que sunt nature ⁊ proprietates signoꝝ. Quinta quas habitudines habent planete ad signa zodiaci. ¶ Ad primã questionẽ dicitur ꝙ numerus ⁊ ordo signorum cõuenienter est assignatus in textu. Pro cuius euidentia supponendũ est id quod paulo ante diximus: scꝫ ꝙ zodiacus ad cognoscendã viã motus planetarũ ab occidente descriptus ẽ in celo. planetarũ autẽ notissimus est sol. numerꝰ igitur partium zodiaci cõuenienter ex motu solis sub eo acceptus est. sol autẽ in anno totũ zodiacũ percurrit: ⁊ sic ex differẽtijs notabilibus que in tẽporibus anni ꝓpter solis accessum ⁊ recessum apparent: differẽtes partes zodiaci que sint solis mansiones argui possunt. In anno autem quattuor tẽporũ differentie notabiles (ver scꝫ estas/autũpnus/⁊ hyems) in suis cõplexionibus diuerse apparent. quia ver humidũ ⁊ calidũ est. estas calida ⁊ sicca. autũpnus siccus et frigidus. hyems autẽ frigida ⁊ humida vt omnes tam phisici ꝗ̃ medici dicunt oportet igitur zodiacũ sub quo sol mouetur. primo ĩ quattuor quartas correspondẽtes predictis quattuor tẽporibus anni diuidi. In quolibet aũt hoꝝ quattuor tempoꝝ tres etiã notabiles differentie apparẽt. quia principiũ/mediũ/ et finis cuiuslibet eoꝝ non oĩno eiusdẽ sunt cõplexionis: vt puta ver licet humidũ ⁊ calidũ sit: nõ tamẽ quelibet eius pars in eodem gradu. quia principium veris propter vicinitatem preterite hyemis magis humidũ est ꝗ̃ calidũ: mediũ autem eius temperate humidũ ⁊ calidũ est. finis vero propter proximã estatẽ minus humidus et magis calidus est. Similiter principium estatis magis calidũ est ꝗ̃ siccũ. mediũ vero equaliter calidũ ⁊ siccũ finis autem minus calidus ⁊ magis siccus. Et eodẽmodo distinguere oportet in alijs duobus tẽporibus: semper enim cuiuslibet tẽporis extrema vicinoꝝ tẽporũ cõplexionibus participant mediũ aũt purũ ⁊ sincerũ in ꝓpria tẽporis qualitate permanet. Quãlibet igitur zodiaci quartam oportet iterũ in tres alias partes diuidi: ꝗ̃ sint tres solis mãsiones in tribus partibus cuiuslibet hoꝝ quattuor tempoꝝ. quia igitur ter quattuor sunt duodecim: ideo partes ꝓ̃cipales zodiaci que dicuntur signa sunt duodecim. ¶ Et quia sol sub quolibet signo fere triginta diebus moratur: ideo quodlibet signũ sunt iterũ i trigīta partes equales (quas gradus dicimus) diuisum. ⁊ quia numerũ triginta dierũ fere mẽsem appellamus. ideo duodecim ponũtur mẽses ĩ ãno sicut duodeci signa in zodiaco: ⁊ sic totus zodiacus correspõdet toti ãno. ⁊ vna quarta zodiaci vni dictoꝝ quattuor tẽpoꝝ anni. ⁊ vnũ signũ vni mẽsi scđꝫ motũ solis ꝯputãdo. ¶ Cur aũt quilꝫ gradus diuidatur in. 60. minuta ex diuisiõe diei naturalis oportet accipere. vbi notãdũ ẽ ꝙ dies naturalis a diuersis diuersimode mẽsuratur et diuiditur: vulgares eñi ꝑ horas equinoctiales (que solũ sunt viginti quattuor) ingenio horologioꝝ diẽ diuidũt. Tempoꝝ aũt ⁊ cõstellationũ obseruatores diẽ naturalẽ ĩ vigintiquattuor horas non equinoctiales aut equales: sed tẽporales vel inequales (quas horas zodiaci dicũt: et dominio planetarum distribuũt) diuidunt Sed astrologi tabulares qui multas motuũ ⁊ tẽporũ proportiones cõsiderant diẽ naturalẽ in. 60. partes equales (que minuta dierum vocamus) distribuũt. hic eñi numerus scꝫ sexagenarius ceteris oĩbus ante ipm̃ partibus aliquotis abũdãtior est eo ꝙ medietatẽ/tertiã/quartã/quintã sextã/decimã/duodecimã/q̃ndecimã/vicesimã ⁊ tricesimã partes aliquotas habet: ꝙ in nullo alioꝝ numeroꝝ ante ipm̃ reperibile est. multitudo aũt aliquotarũ partiũ ꝓportionibus exercẽdis accõmodatissima est. Gradus igitur omnis (qui est mansio solis in die naturali) cõueniẽter ab astrologis in 60. partes equales (que sũt minuta zodiaci) diuiditur. eadem quoq; rõne quilꝫ minutũ in sexagita scđa: ⁊ quilꝫ scđm̃. 60. tertia ⁊ sic de ceteris fractionibus diuiduntur. Eadẽ rõne etiã ꝑsuasus rex Alphonsus in tabulis suis totũ zodiacũ in sex signa: ⁊ quodlibet signũ in. 60. gradus diuisit: propter dictã scꝫ numeri sexagenarij perfectionem. ⁊ non modo in continuis positionẽ habẽtibus: sed etiã in successiuis ⁊ temporibus eũdem modũ seruauit. ⁊ diuidẽdo ⁊ colligendo semper per. 60. nam ex sexaginta diebus colligit vnum tempus quod vocat secundum. ⁊ ex. 60. secũdis vnum tertiũ. ⁊ ex. 60. tertijs vnũ quartũ: et cetera colligendo procedit. similiter horam in. 60. minuta diuidit quodlibet minutũ in. 60. secunda. ⁊ sic per infinitum ¶ Ad secũdam q̃stionẽ respõdet Ptholemeus in prima parte quadripertiti ꝙ initiũ zodiaci cõuenienter ponitur in ariete. Et ratio sua breuiter sic colligitur. zodiacus vt dictuꝫ est diuiditur ꝑm diuisionẽ tẽpoꝝ notabiliũ ĩ anno. inter quatuor aũt dicta tꝑa: ꝓ̃mũ est ver: ꝗ̃ quarta illa zodiaci sn qua tũc sol mouetur (q̃ est a principio arietis vsq; in finẽ geminoꝝ) erit prima quarta zodiaci minor ꝓbatur: quia ꝯplexio veris aĩaliũ ⁊ vegetabiliũ ꝯplexionibꝰ in ꝓ̃ma etate assimilatur. sed ꝯplexio estatis ꝯplexioni eoꝛũdẽ in scđa etate ꝯplexio autũpni ꝯplexioni tertie etatis. ⁊ cõplexio hyemis vltime etati similes sunt (totã ei cuiuslibꝫ rei vite periodũ Ptholemeꝰ quadrifariam diuidit.) ver igitur ꝓ̃mũ erit quattuor tẽporũ ãni. estas scđm. autũpnus tertiũ. hyems ꝓo quartũ ⁊ vltimũ. tenet ꝯñã quia minoris mũdi. i. hoĩs et maioris mũdi periodos ꝓportionabiliter diuidere oportet: periodus aũt mũdi dicitur annus solaris. antecedẽs ꝓbatur quia oĩm viuẽtiũ prima etas hũidior existit ⁊ aliquãtulũ calida: ꝙ plantularũ ⁊ paruuloꝝ aĩaliũ atq; pueroꝝ tenera mollities ostẽdit. pueri eñi ꝓpter hũiditatis multitudinẽ loq̃ aut ãbulare nequnt. Vñ Ptholemeꝰ in finali capitulo quadripertiti ꝓ̃mã hoĩs etatem lune gubernamẽto attribuit que humiditatum mater est. In secunda aũt etate calor naturalis incipit conualescere: ⁊ ideo illa etas calida est. In tertia vero etate propter nimiam caloris actionem siccitas viget. In quarta ⁊ vltima calor defecit ⁊ frigiditas vincit. Complexio igitur veris initiali viuẽtium complexioni similis est ⁊ sic anni principiũ in vere sumẽdũ est. et quia q̃ñ ver incipit. s. in mẽse martio sol est ĩ signo arie-

Ad ꝓ̃mã de nũero signorũ.

Quattuor anni tẽpora.

Quare quodlꝫ signũ hꝫ 30. g̃dus

Quare q̃libꝫ g̃dus hꝫ 60. minuta.

Alphonsus rex

Ad secũdã q̃õnẽ de ordine signorũ Principiũ anni est ver.

tis ideo aries est ꝑmũ signũ quarte vernalis ꝛ
ꝑ ꝯñs totius zodiaci. vnde exodi duodecimo: di
cit dominꝰ Mẽsis iste erit vobis primus in mẽ
sibus anni. taurus autẽ erit secundum signum:
qꝛ ibi est sol ad medium veris. gemini vero ter-
tium erit signum: quia ibi est sol in fine veris.
Quarta estiualis zodiaci que est a principio cã
cri vsqꝫ in finem virginis erit secũda. quarta au
tũpnalis a principio libre vsqꝫ in finẽ sagittarij
erit tertia. ꝛ quarta hyemalis a pricipio cap̃ cor
ni vsqꝫ i finẽ piscium erit vltima. ꝛ in qualibet ea
rũ signa ordinãtur sm rõnem principij medij fi
nis. posset tamen dici ꝙ aries est primum signũ
quia opinione plurium in hoc signo creatus est
sol ꝛ ab hoc incepit moueri. licet alij i leone/alij
in libra dicant solem fuisse creatum. ¶ Ad ter

Ad tertiã qõnem de noibꝰ signorũ.

tiam dubitationem dicendum ꝙ dimissis poeta
rum fabulis ꝛ fictionibus (quas iginus ꝛ mul
ti alij recitant ꝛ interpretãtur: quia vt supra di-
ximus non omnino friuole sunt reputande) tri
plex potest assignari ratio phisica ꝛ naturalis ꝓ
dictoꝝ nominũ duodeci signoꝝ. nõ qdẽ ꝙcuius
libet nois tres assignemus rões. quia in aliquo
vna dũtaxat in aliquo ꝟo duabꝰ erimꝰ contenti
sed quia omniũ istoꝝ nominũ tribꝰ vijs rões as
signamus. pria ꝛ ꝑcipua via ex effectibꝰ solis ꝛ
lune in singulis signis accipitur. scđa ex stellaꝝ
dispositionibꝰ ꝛ ꝯfigurationibꝰ. tertia ex ꝓpeta
tibꝰ ꝛ passiõibꝰ hominũ ꝛ ceteroꝝ aĩaliũ q̃ ho-
rũ signoꝝ influẽtias et virtutes recipiũt. Aries

Primũ signum 11. marcij.

igit primũ signũ ideo sic dictũ ẽ: quia (vt gregũ
custodes referũt) aĩal aries toto autũpni ꝛ hye
mis tpe latero sinistri ad caloreẽ cordis ꝛ epatꝭ
conseruandũ dormiturus accũbit. ne. s. ab imi-
nẽti frigore calor natural' extiguat' in vere aũt
ꝛ estate sup latus dextrũ recũbens se conuertit
ne caloris intranei excessum patiatur. sic etiam
sol autũpno ꝛ hyeme in signis australibus (que
sunt velut latus sinistrũ zodiaci) cõmoratꝰ: cũ
ad hoc signũ ꝑuenit in principio veris (qđ est vt
diximꝰ vndecimo die marcij) ad aliud latus zo
diaci dextrũ q̃ sunt signa septẽtrionalia vergit
atqꝫ reuoluitur. Luna itẽ cũ in hoc signo est ca

Caput

put hois respicit vt tã astrologi ꝙ medici expi
mẽto vulnerũ mõstrant. ꝛ quia aĩal aries maiꝰ
robur habet in capite ꝙ i alijs mẽbris: ideo ad
significandũ caput hoc signũ arietẽ dixerũt. me
morari eni volentes ydola sibi fingũt vt Aristo
teles dicit in scđo de aĩa: ꝛ Tulius in sua retho
rica. Vel dicitur hoc signũ aries qꝛ huiꝰ ꝯstella
tionis hoies aut in corporis figura aut i passio-
nibus aliquomõ illi aĩali assimilãtur. vidimꝰ eĩ
ꝯplures huius signi hoies capite malleari/spis
sis crinibus admodũ velleris/ ꝛ supra frontez
eleuatis quasi capite certarent vel pugnarẽt si
cut arietes. Eclipses etiam luminariũ in hoc si
gno contingẽtes manifestũ effectũ in arietibus
ꝛ gregibus ostendũt. qꝛ vt Ptholemeus inquit
ꝓpositõe nona cẽtiloquij vultus terrestres vul
tibus celestibus subijciũtur. vt leo terrestris leo
ni celesti subiectus est/ꝛ scorpius scorpioni/ꝛ si
militer aries arieti. ¶ Scđz signũ dicitur tau-

Secũdũ signum . aplis

rus eo ꝙ cum sol ad ipm peruenit (quod est fere
vndecimo die aprilis) labores boum et tauro-
rum apparere incipiunt tunc eñi sata pullulant
vnde etiã mẽsis ille aprilis dictus est quia tunc
terra quasi a plantis ꝛ terre nascentibus appe-
ritur. Cum etiam luna est in hoc signo: collum

Collum

hominis tuetur vt experientia medicorũ docet
taurus autem in collo ceteris animalibus vigo
rosius est ideo ad collũ significandũ hoc signuz
dixerunt taurum. Aut forte propter stellarum
figurationem. cornua eñi quedã stellifera iuxta
pleiadas (que etiã sunt admodũ capitis) mani-
festa apparent atqꝫ pedẽ tauri extẽsum de quo
Lucanus libro tercio meminit: necnon ꝛ stellas
sectionis tauri (quia non integer sed ꝑ mediũ di
uisus pingitur taurus) in serenitate noctis vi-
dere promptũ est. Aut forte hoc signũ taurꝰ di-
citur qꝛ eius ꝯstellationis hoies tauri ꝓprie-
tates videntur habere. oculis eñi magnis/bar-
baqꝫ rotũda/ꝛ collo grosso/sꝫ breui/ꝛ comesto-
res sunt. ¶ Tertiũ signũ dicitur gemini ꝛ pigi

Tertiũ signum 12. maij

tur duplex homo: qꝛ cum sol intrat hoc signum
(quod est duodecima die maij) tunc terre nascẽ-
tia geminari incipiunt/et crescere/ seseqꝫ per ra
dices amplectuntur. ꝓpter quod isti duo iuue-
nes amplectentes sese pinguntur. Cum autem

brachia.

luna est in hoc signo brachijs ꝛ manibus homi
nis dñatur ꝙ hij duo homines brachijs luctan
tes significant. Aut dicitur gemini: quia illa ꝑ
te celi sunt bis tres stelle notabiles sm ordinẽ
posite que galice dicũt: les dex bourdons sainct
Jacques hyspanice vero dicuntur los astileros
Aut forte dicitur hoc signum gemini quia sub
hoc sydere nati callidi/bifrõtes/et duplicis ani
mi natura sunt. ¶ Quartum signum dicitur

Quartũ signum . 13. iunij

cancer: quia sicut cancer est aĩal retrogradum
ita sol qñ istud signũ intrat (quod fit tertiadeci
ma die iunij) icipit recedere a nobis cũ ante ac-
cederet ad nos: et ideo videtur retrocedere. vñ
hoc signũ dicit' tropicũ id est ꝯuersiuũ aut solsti
ciale vt infra videbitur. Luna etiã in hoc signo

Pectus

exñs pectus hois respicit qđ ꝑ cãcrũ qui supra
pectus ãbulat satis significatur Dispositio quo
qꝫ stellarũ figure huius aĩalis videtur assimila
ri. eo ꝙ tres stelle ex vtroqꝫ latere quasi brachia
cancri apparent. Hoies aũt huius ꝯstellatiõis
breues sꝫ lati pectore sicut cãcri existũt ¶ Qui

Quitũ signum 14. iunij

tum signũ dicit' leo qꝛ sicut hoc est aĩal ardẽtissi
me nature ꝛ implacabilis ire: ita sole existẽte in
illa pte celi (quã intrat quartadecima die iulij)
vigent magni calores ita vt sol videatur furere
tunc enim sunt dies caniculares: eo ꝙ sol prope
stellam que dicitur arabice alhabor latine vero
canis maior illis diebus reperiatur. non tamẽ
omnes dies caniculares dicuntur eo ꝙ sol pro-
pe illam stellam sit sed quia vigent magni calo-
res. ꝛ in talibus diebus non est bonũ farmacis
aut flebotomis vti iuxta consilium Ipocratis
sub cane ꝛ ante canẽ mobile sunt farmacie. Et
item sicut leo est animal sepius febricitans. sic
dum sol est in hoc signo multe febres in hoibus
generantur pre caloris excessu qui coleram ad

Dorsũ ꝛ cor.

auget. Item cũ luna in hoc signo fuerit cor ho-
minis atqꝫ dorsuz tuetur. qđ per leonez alti cor
dis animal optime commemoramus. Vel dica
tur hoc signum leo quia homines sub eo nati al
ti cordis/et ad magna suspirantes/honores/di-
gnitates/et dominia/procurantes apparent: si
cut ꝛ leo quod animal superbum est et ceteris
bestijs dominari presumit. facies etiam talium

hominū facies leonine apparent. Stelle quoq; in illa parte celi si recte intuētur figuram leōis representant.

Sextū signum 14. augusti. Venter.

¶ Sextum signū dicitur virgo qz sicut virgo femina sterilis est: ita terra redditur sterilis: ꝛ nullū fructū iam pducit sed pducti macerātur quādo sol hoc signū intrat scz quartadecima die augusti. Luna in hoc signo vētrē humanū respicit: ideoq; figuram mulieris huic signo ascribunt. Homines huius constellationis cōmuniter ephebi ꝛ tenues sūt sicut femine plerīq; tamen eorum subtiles ingenio. ꝛ ppter hoc signum istud fingitur alas habens in capite quibus contēplatio significatur. Hoc signo ascēdente orizontem hierosolimitanū fuit gloriosa christi natiuitas si verum est ipsum media nocte vel prope natum fuisse. ꝛ propter hoc quidā de quorum numero Albumazar eminentiā sciētie ꝛ doctrine ecclesie huius signi virtutibus fatue attribuere voluerunt.

septimū signū. 13. septēbris.

¶ Septimū signū dicitur libra: eo ꝙ cum sol ad principium eius peruenerit (quod fit decimatertia die septēbris) dies artificiales noctibus suis quasi in statera librati adequantur.

Lūbi ꝛ nates

Luna cum in hoc signo fuerit lumbos seu renes ac inferiora ventris respicit. Hui⁹ signi tam viri q̄ꝫ femine pulchra facie/barbeq; ꝛ supcilijs/ ac planis capillis decēter ornantur.

Octauū signū 14. octobris.

¶ Octauum signū dicitur scorpius. quia sicut illud animal alludit capite sed pungit cum cauda: sic cum sol intrat hoc signū scz quartadecima die octobris solis calor incipit debilitari et frigora pungunt.

pudēda.

Luna ibi existens pudenda gubernat. Homines insuper huius signi rubea facie/atq; nasu aquilino/oculisq; ardentibus/fraudulenti/ et deceptores vt in pluribus euadunt.

Nonum signū. 13. nouēbris

¶ Nonū signū dicitur sagittarius: ꝛ fingitur in medietate anteriori homo manu tenens arcū ꝛ sagittam/in medietate vero posteriori equus qz cum sol hoc signū ingreditur: scz tertiadecima die nouembris: tunc sagitte temporis ꝛ iacula scz pluuie/niues/ꝛ grādines ad nos emittūtur. Vel dicitur hoc signū sagittarius quia in illa parte celi stelle arcum ꝛ sagittā manifestissime figurant.

Femora

Luna in hoc signo coxas et femora hominis respicit. Huius constellationis homines natura bellico si sagittatores ꝛ venatores fiunt. ꝛ hoc signum Ptholemeus in quadripartito hyspanis attribuit.

Decimū signū. 12 decēbris.

¶ Decimū signū dicitur capricorn⁹ vel caper quia sicut illud animal ad frondes ꝛ arbores se seerigit atq; eleuat: sic sol in introitu hui⁹ signi scz duodecima die decembris ad nos incipit eleuari ꝛ accedere cum tamen prius recederet. vnde etiam hoc signum tropicum siue conuersiuū dicitur similiter ꝛ solsticiale.

Genua

Luna in hoc signo genua hominis tuetur. Homines autem huius signi facie oblonga/mento acuto/capillis asperis atq; voce capini apparent. Stelle flexionis caude capricorni in noctis serenitate manifeste apparent. pingitur enim capricornus pro medietate posteriori velut piscis cuius cauda flectitur ꝛ nodum facit

Vndecimū signum. 11 ianuarij.

¶ Vndecimū signū dicitur aquarius: quia cū sol illud intrat (quod est vndecima die ianuarij) pluuie super terram multiplicantur: propter quod signū istud homo vrnā aque effundēs pingitur. ꝛ stelle effusionis aque volentibus aspicere manifeste apparent. Luna in hoc signo cruribus dominatur.

Crura.

Huius constellationis hominca bonorum effusores atq; sibipsis damnū inferentes videntur.

Duodecimū signū. 10. februarij

¶ Duodecimū signū dicitur pisces: quia sole illud intrāte scz decima die februarij omnia in aquis nata re videntur.

Pedes.

Luna ibi existens pedes hominis tutatur. Hui⁹ signi homines parue stature sūt in comparatione ad parētes eorum. et hoc etiā modo que de figuris hominū circa alia signa dicta sunt moderari habent.

notabile

¶ Circa pdicta valde est notandum ꝙ ea que de hominū actib⁹ et naturis dicta sunt non necessitatem aliquam libero arbitrio imponendo: sed quosdam impetus ꝛ naturales corporū inclinationes atq; cōplexiones considerando accipienda sunt. innate enim passiones aut inclinationes naturales tum ex ꝯsuetudine: tum ex cibis: tum etiam ex regionibus vt Ptholemeus dicit in principio quadripartiti mutari aut saltem valde moderari possunt.

ad quartā q̄ōnē

¶ Ad quartam questionem dicēdū ꝙ signorum et stellarum qualitates ꝛ complexiones non sunt elemētares scz caliditas /frigiditas/humiditas/ et siccitas. quia corpora illa nec elementa nec ex elementis sunt vt probatur in primo de celo. sed propria qualitas celestium corporum lux est. quia tamen irradiationibus ꝛ influētijs stellarum aer ad multas ꝛ diuersas qualitates alteratur: ideo stellis ꝛ signis tanq̄ꝫ causis qualitates ille ascribuntur. Vnde notādum ꝙ omniū stellarum qualitates ꝛ cōplexiones ad quattuor elemētorū qualitates reducūtur que sunt calidum/frigidū/humidū/ꝛ siccū: quia oēs aeris alteratiōes hoꝝ quattuor modo tum sunt. Pro cōplexionibus autē duodecim signoꝝ cognoscendis distingūtur ab astrologis duodecim signa in quattuor partes iuxta numerū dictarū qualitatum elementariū: ꝛ in qualibet parte sunt tria signa: ideo dicūtur esse quattuor triplicitates signorū.

Quattuor triplicitates signorū.

Prima est ignea calida ꝛ sicca colerica. Secunda terrea frigida et sicca melancolica. Tertia est aerea calida ꝛ humida sanguinea. Quarta vero aquea frigida ꝛ humida flegmatica. Sed ad cognoscēdum que signa sūt in qualibet triplicitate accipiant quattuor digiti manus in pmo nominet ignis i secūdo terra. in tertio aer. i quarto aqua. deinde numerāt oīa duodecī signa p ordinē i illis q̄ttuor digitis resumēdo ter quēlibz digitū. Et sic tria signa pmi digiti scz aries leo et sagittari⁹ erūt prima triplicitas Alia tria signa secundi digiti scz taur⁹ virgo ꝛ capricornus sunt scda triplicitas. Et tria signa tertij digiti. s. gemini libra ꝛ aquarius sunt tertia triplicitas. Vltima vero tria signa quarti digiti scz cācer scorpi⁹ ꝛ pisces sunt quarta triplicitas.

Tres eorum quadruplicitates.

¶ Sūt etiā. 12. signoꝝ tres quadruplicitates ad quas cognoscendas accipiant tres digiti ꝛ in pmo nominet mobile. i scdo fixū. i tertio cōe. deinde p illos tres digitos quater repetitos nūerent oīa. 12. signa p ordinē ꝛ sic quattuor signa pmi digiti. s. aries cācer libra capricornus sunt mobilia. ꝛ quattuor signa scdi digiti. s. taurus leo scorpius aquarius sunt fixa. ꝛ alia. 4. signa tertij digiti. s. gemini virgo sagittari⁹ ꝛ pisces sūt cōia: ꝛ hui⁹ rō ē qz pma. 4. sūt inicia. 4. tēpoꝝ āni ideo i quolz eoꝝ ē mutatio vnius tpis in aliud. ꝛ alia quattuor sūt me

dia eorundē tēpoꝝ vbi cuiuſʒ tpis ꝯplexio ſin cera pura ⁊ fixa manet. ſʒ ī aliqs q̄ttuoꝛ ſunt il loꝝ q̄ttuoꝛ tēpoꝝ fines q̄ vt diximus colcāt ali q̄d cū q̄litatib⁹ tpoꝝ ſequētiū. ¶ Septē ſʒo cō plexiões planetaꝝ hee ſunt. Sol et mars ignei ſunt ⁊ colerici. ſʒ differūt q꞉ ſol beniuol⁹ ē ⁊ ca loꝛ eius vitalis ⁊ coꝛdialis. mars vero planeta maliuol⁹ eſt ⁊ caloꝛ ei⁹ exceſſiu⁹ vitā ꝯſumens Saturn⁹ ⁊ mercuri⁹ terrei ſunt ⁊ melācolici. ſʒ ſaturn⁹ peſſim⁹ planeta ⁊ vite inimic⁹ ꝓpt ſum mā frigiditatē ⁊ ſiccitatē ideo dr̄ īfoꝛtuna ma ioꝛ/mars ſʒo īfoꝛtuna minoꝛ. ſʒ mercuri⁹ īdiffe rēs dr̄ q꞉ ex ꝯiūctōe ad alteꝝ planetā mutat cō plexionē ⁊ cū bonis bon⁹ ē. cū malis ſʒo malus Jupit̄ ⁊ ven⁹ aerei et ſanguinei ſūt vterq꞉ coꝝ bonus planeta et foꝛtuna dr̄. ſʒ iupiter foꝛtuna maioꝛ/ven⁹ aūt foꝛtuna minoꝛ. itē hūiditas io uis aerea ē ſʒ hūiditas veneris aq̄a ⁊ mulíebꝛ꞉ Luna aquea ⁊ flegmatica ē beniuola ⁊ foꝛtuna. ſed q꞉ vicaria eſt planetarum ⁊ oīm vices gerit (q꞉ quolʒ mēſe ad oīm planetarū ꝯiūctionē ve nit) ideo ſepi⁹ a malis inficit̄ ⁊ in foꝛtuna reddi tur Stelle fixe oēs ad planetas reducūtur꞉ q̄ꝛ in qualibet illarū ſex magnitudinū quas ſupra enumerauim⁹ aliq̄ue ſtelle ſunt de natura ſatur ni alie de natura iouis et alie de natura martis ⁊c. ⁊ item alie ſunt mixte puta de natura duoꝛū aut triū planetarū ſimul. vt pʒ intuēti tabulas Alphonſi ¶ Notandū q̄ hee ſtellaꝝ et ſignoꝛū ꝓprietates experimentis habite ſunt. ſicut enī experimur ſolē calefacere ⁊ lunā humectare ita etiam experimēto ſcitum eſt ſaturnum infrigi dare ⁊ martē exſiccare ⁊ ſic de aliis ſignis ⁊ ſtel lis. q꞉ videmus cū ſol vel luna ad cōiunctionē ſaturni venerit/ſimiliter ad eius oppoſitionē/⁊ quartum aſpectum q̄ tempus ad frigiditatem vel pluuias nimiū alteratur. Et cum mars ali quo anno dominatur incenſiones cometarum in aere/atq꞉ mineralium aduſtiones infra terrā ⁊ rixe inter gentes propter colere exceſſum ſe pi us apparent vt habetur ex primo metheoroꝛū Et licet vnus homo non omnium ſtellarum co gnitarum effectus expertus ſit꞉ ex diuerſoꝛum tamē experientiis ſimul collectis artis et ſcien tie magnitudo reſultat vt dicitur in primo ethi coꝛū ⁊ in ſecundo metaphiſice. ¶ Ad quintā queſtionem colligitur ſolutio ex Ptholemeo ī quadripartito parte prima q̄ experimento ha bitum eſt tunc planetā foꝛtius ⁊ melius influe re quādo eſt in q̄buſdā ſignis q̄ in aliis et inde eſt q̄ quedā ſigna dicuntur domus planetarum alia vero exaltationes et item alia triplicitates eoꝛum꞉ ſcd̄m q̄ maioꝛes vel minoꝛes eiuſdem planete vires in hoc ſigno q̄ ī illo cognoſcūtur Domus igitur ſaturni ſunt due ſcʒ capricorn⁹ ⁊ aquarius. ⁊ exaltatio eius eſt libra꞉ ⁊ domina tur ſaturnus in tertia triplicitate ſignoꝝ ſcʒ ae rea. Domus iouis ſunt due ſcʒ ſagittari⁹ ⁊ piſ ces. exaltatio eius eſt cancer. ⁊ dominatur iupi ter in triplicitate ignea Domus martis ſūt due aries ⁊ ſcoꝛpius. exaltacio eius eſt capricoꝛnus et dominatur in triplicitate aquea. Domus ſo lis eſt vnica ſcʒ leo. exaltatio eius eſt aries. et eſt dominus triplicitatis ignee. Domus vene ris ſunt due taurus ⁊ libra꞉ exaltatio eius ē pi ſces. et dominatur in triplicitate terrea. Dom⁹

Cōplexiones planetarū.

Stellaꝝ fixaꝝ cōplexiões

Quō hec cognita ſūt

ad q̄ntā q̄ōnem de dignitatibus planetarum in ſignis

mercurii ſunt due gemini ⁊ virgo. et exaltatio eius eſt etiam virgo. ⁊ dominatur in triplicita te aerea. Domus lune vnica eſt cancer. ⁊ exalta tio eius eſt taurus. et dominatur in triplicitate terrea. Et iſte domus ⁊ dignitates planetarum multeq꞉ alie (quas quadripertitum et alchabici⁹ tradunt) dicuntur eſſentiales planetis Sunt ta men preter has alie accidentales planetarum foꝛtitudines que dicuntur duodecim domus ce li per ſex circulos magnos ſeſe in polis mundi interſecantes diuiſe quarum quattuoꝛ principa les cardines celi dicūtur ſcʒ oriens occidēs me ridies ⁊ angulus noctis. ſed de his hactenus.

¶ Domini Petri de aliaco queſtio ſecunda.

Queritur ſecundo vtrū omnes circu li in ſphera tam maioꝛes q̄ mino res ſint veri circuli. Et arguitur ꝓ mo q̄ nō q꞉ circulus arctic⁹ ⁊ circu lus antarcticus nō ſunt veri circuli igit̄ ꝯn̄a tʒ/ꝓbat̄ an̄s q꞉ circulus arcticus ⁊ an tarcticus imaginātur deſcribi a polis zodiaci motis circa polo mūdi mō ex tali motu nō cau ſatur verus ⁊ realis circulus īmo ſolū ymagi narias. Secundo ſic꞉ q꞉ duo tropici. ſ. tropicus cācri ⁊ tropicus capricoꝛni nō ſunt veri circuli igit̄. an̄s pʒ q꞉ ſi eſſent veri circuli maxime eēnt circuli deſcripti a ſole in ſolſtitiis vʒ in ſolſtitio hyemali ⁊ ī ſolſticio eſtiuali꞉ mō q̄n ſol ē ī illis ſolſtitiis nō deſcribit circulos. q̄d probat̄ q꞉ ſol exn̄s ī ꝑmo pūcto cācri nō reuertit̄ ad idē pun ctū īmo reuertit̄ ad vnū aliū diſtās ab eo ꝑ vnū gradū. q̄ ſol nō deſcribit circulū īmo poti⁹ de ſcribit vnā girā. Tertio ſic q꞉ equinoctialis non eſt verus circulus q̄ ⁊c. ꝓbat̄ an̄s ſicut ꝓbaba tur de tropicis/q꞉ ſi ſic tūc eſſet circulus deſcri ptus a ſole ī eq̄noctio. mō hoc nō ē. q꞉ ſol nūq̄ deſcribit circulū īmo deſcribit ſemꝑ vnā girā q꞉ nūq̄ reuertit̄ ad idē pūctū. Et confirmat̄ q꞉ ſol multū diſtat ab octaua ſphera q̄ ꝑ ſuū motū nō q̄ cauſat circulū in octaua ſphera q̄ ⁊c. Quar to ſic꞉ q꞉ duo coluri nō ſūt veri circuli in ſphera q̄ ⁊c. an̄s pʒ q꞉ ſi eſſent veri circuli aut eſſent di uiſibiles aut īdiuiſibiles. non ſcd̄m q꞉ nihil eſt tale ſ̄m ſuā poſitionē ī ꝯtinuo vt pʒ ſexto phiſicoꝝ nec diuiſibiles q꞉ tūc ſe inuicē penetrarēt vbi ſe ī terſecāt q̄d eſt īpoſſibile. Quīto ſic q꞉ oꝛizon et meridianus nō ſunt veri circuli igit̄. an̄s pʒ q꞉ ſi ſic ſequeret̄ q̄ celū oīno eſſet ꝯpoſitū ex oꝛizō tibus ⁊ meridianis. ꝯn̄s eſt incōueniens igitur ⁊ pʒ ꝯn̄a q꞉ nullus circul⁹ eſt in ſphera trāſiens ꝑ polos q̄n reſpectu alicui⁹ vel aliquoꝝ ſit me ridianus ⁊ ita etiā de oꝛizonte Sexto ſic꞉ q꞉ zo diacus nō eſt verus circul⁹ q̄ ꝯn̄a tʒ an̄s pʒ q꞉ circulus eſt ſuꝑficies plana vna linea ꝯtēta mō lineis pluribus ꝯtinet̄ zodiacus ⁊ ſuꝑficieb⁹ et habet latitudinē. 12. graduū vt dicit auctoꝛ ī tex tu. Et cōfirmat̄ q꞉ linea ecliptica nō eſt vera li nea q̄ ⁊c. an̄s patʒ q꞉ linea ecliptica dʒ diuidere zodiacum in duas medietates equales relinquē do. 6. gradus ex vtraq꞉ ꝑte꞉ modo nulla ē linea realis ⁊ vera q̄ hoc poſſet facere꞉ q꞉ ſi diuiſibi lis eſt tūc iam occupat vnā ꝑtē ipſius zodiaci q̄ non relinquit. 6. gradus ex vtraq꞉ ꝑte. Si indi uiſibilis nulla talis eſt. ¶ In oppoſitū arguit̄ ꝑ auctoꝛē ī textu deſcribētē huius circulos꞉ q̄d

non faceret nisi essent veri circuli. Secūdo sic q2 nisi essent veri circuli tūc determinatio de ipsis nō esset nisi quedā fictio. Tertio sic q2 zodiacus est verus circulus cū habeat latitudinē magnā r etiā cum contineat signa: ergo ita est de alijs.

Primus articulus. ¶ In ista q̄stione erūt tres articuli. Primus erit de .9. circulis a zodiaco r de eorū descriptiōibus Scōs erit de zodiaco r de eius diuisiōe p signa Et tertius erit de proprietatibus signorum.

Dupliciter accipit circulus. ¶ Quantū ad primū aduertendū est q2 dupliciter pōt capi circulus: primo mō p superficie plana vnica linea circulari cōtēta in cuius medio ē punct9 ymaginari9 a quo oēs linee recte ducte ad circūferentiā sunt equales. scdo mō capitur circulus p linea circulari circūdāte hmōi supficiē planā que est circulus in prima acceptione. Et isto mō accipit dupliciter circulus. vnomō p tali linea circulari reuertēte ad idem punctū. aliomō p linea reuertēte nō ad idē pūctū s3 ad aliqd pūctū satis ppinquū seu nō notabilr distās. Vñ pmomō circul9 distiguit a gira scdo modo nō imo gira ē met circulus si principium eius r finis nō multū distāt. ¶ Scdo notādū

Dupliciter accipitur punctus. est q dupliciter capit punct9 r pportionabiliter linea r supficies. primo mō capit punct9 pro aliquo idiuisibili sm longitudinē latitudinē r profunditatez aliomō p aliquo paruo corpore sm illas 3 dimēsiones. Similiter linea vnomō pōt capi p aliquo indiuisibili sm latitudinem r pfunditatē r non sm longitudinē. scdo mō p aliquo paruo sm latitudinem r pfunditatē et magno sm longitudinez: r ita diceretur de supficie

Prima pclusio ¶ Tūc ponūtur p.lusiones prima est q capiēdo pūctū primo mō nihil est punctus realiter r veraciter. pz pclusio: q2 si sic vel esset substantia vel accidēs. no substātia q2 q̄cūq3 substātia habēs positionē in ptinuo est diuisibilis i semp diuisibilia. nec accidēs q2 tūc haberet subiectum sibi adequatū: mō nullū est tale vt pbatū est. r ita poneret de linea r supficie capiēdo pmomō

Secūda pclusio ¶ Secūda pclusio ē q capiēdo pūctū scdomō bñ aliqd ē pūctū. pz q2 bñ est aliqd paruū sm trinā dimēsionē. r ita poneret de linea r superficie

Tertia pclusio ¶ Tertia pclusio est q in sphera celesti .10. circuli nō sūt veri circuli capiēdo circulū pmomō pz q2 tales circuli non sunt supficies plane vna linea circulari ptēte q2 tūc nō hērent cōcauitatē

Quarta pclusio. ¶ Quarta pclusio est q .10. circuli i sphera nō sunt veri circuli capiēdo circulum primo mō de duobus modis pius positis scz scdis. Hec pclusio pz per scdam r tertiā rōnes ante oppositū

Quinta pclusio. ¶ Quinta cōclusio est q licet illi circuli quos ponimus i octaua sphera bene sint vere partes celi. tamē tales partes nō debent dici veri r reales circuli de quibus questio querit. pz pclusio quia illi circuli de quibus q̄rit questio ymaginātur imobiles mō nulla pars est in celo q̄ sit imobilis ergo pclusio vera. Secūdo pt3 cōclusio q2 eiusdē in eodē loco existes dicimus eē cōtinuo eundē orizontē r eūdē meridianū mō nulli tali est cōtinuo eadē pars celi eodē mō se hñs vnde para celi q̄ modo est meridianus circulus respectu alicui9 erit postea orizon ergo pclusio vera.

Bonum dubium ¶ Sed tunc aliquis diceret. ad quid valet determinatio istorum circulorum? Respondetur q in fingēdo r ymaginando tales circulos deuenimus leuiter ad cognoscendum propinquitates planetarum r distantias r esse eorū in insignis. ¶ Sed tūc videndum est de descriptionibus circulorum istorum Pro quo est aduertendum q circulorum ymaginatorum in sphera q̄dam dicuntur circuli maiores r quidam minores. vnde circulus maior dicitur circulus diuidens spheram in duo equalia r habēs suum centrum cum centro sphere. r sunt sex maiores scilicet equinoctialis/zodiacus/duo coluri/orizō r meridianus. Sed circulus minor in sphera dicitur circulus diuidens spheram in duas partes inequales habens suum centrū extra centrū sphere. Et sunt quattuor minores s3 duo tropici/r duo circuli polares Unde equinoctialis describitur sic. equinoctialis est circulus diuidēs spherā in duo equalis equedistās scdm vtrāq3 ptē sue circūferētie ab vtroq3 polorū mūdi. Vñ q equaliter distet a polis pt3 q si esset aliquod quadratū habens duos conos oppositos in eqnoctiali r habens alios duos conos oppositos in polis mūdi: tūc tale quadratū esset recte quadratum eqlaterū. Et equinoctialis tribus modis noiatur ab auctore in textu sc3 eqnoctialis equator diei r noctis/r cingulū primi mobilis. vocat eñi equinoctialis p tanto q dū sol describit illū circulū qd bis facit in āno. s. dum sol est in pncipio libre r in pncipio arietis tūc ē equinoctium in vniuersa terra. Sed dicitur equator diei r noctis q2 dū sol describit illū circulū dies r noctes sunt equales adinuicē. Uocatur autē cingulū primi mobilis: q2 sicut cingulū cingit animal p mediū ita etiā equinoctialis cigit celū p mediū. ¶ Ulterius aduertēdū ē q poli ymaginantur in sphera duo puncta axem terminantia circa q̄ voluitur totale celum. et illorū vnus vocat arcticus/septētrionalis/r borealis. s. ille qui nobis eleuatus est r est iste polus circa maiorē vrsam r iuxta stellas se habentes admodū currus. Sed aliqs quereret quomō pōt cognosci iste polus? Rñdetur q per istum modū pōt cognosci. q2 captis duabus stellis in maiore vrsa. s. in curru que dicunt vltime rote apd vulgares. ymaginetur vna recta linea ptrahi ab inferiori rota p superiorem e ptrahat recte vsq3 ad vnā stellā lucidā r clarā et illa vocat polus arcticus. Alter vero pol9 vocat antarcticus meridionalis r australis r iste est nobis depressus tm̄ q̄tum alter nobis est eleuatus. r sic patet de eqnoctiali. ¶ Tūc ergo dicēdū est de duob9 coluris p quo aduertēdū est q coluri hñt duplex officiū. s. distinguere equinoctia r distiguere solsticia. Et ideo de illis duob9 vn9 vocat colur9 distiguēs eqnoctia r alter vocat colurus distiguēs solstitia. vñ colur9 distiguēs eqnoctia dr circulus diuidēs spherā in duas ptes equales transiens p polos mūdi r p principia arietis r libre seu intersecās zodiacū in principio arietis r i pncipio libre. Et dr distiguere eqnoctia pro tanto q2 cū sol puenit ad puncta illa q̄bus intersecat zodiacū tunc est eqnoctiū r dies artificialis r nox sunt equales adinuicē r scdm duo pūcta itersecationū sunt duo eqnoctia in āno vnū vernale quasi inmedio martij q̄ñ sol intrat arietē. aliud est eqnoctiū autūpnale quasi in medio septembris. s. q̄ñ sol intrat librā. Sed alter colu

Diuisio circulorum sphere · **De equinoctiali** · **De polis** · **De duobus coluris**

rus distinguēs solsticia est circul⁹ diuidēs sphe
rā in duas ptes equales transiēs p polos mūdi
intersecās zodiacū in pricipio cācri et in princi
pio capricorni: seu in maximis solis eleuatōib⁹
et declinatōib⁹. et vocatur circul⁹ distinguēs sol
sticia p tanto q dū sol puenit ad pūcta in qbus
intersecat zodiacū: tūc sol ibi stat ita q nō tran
sit vltra sed reuertit. et sm illa duo puncta sunt
duo solsticia i āno. s. vnū estiuale quasi i medio
iunij. s. dū sol intrat cācrū. Aliud ē solsticiū hye
male: et est quasi in medio decēbris dū sol īntrat
capricornū. ¶ Ulterius est aduertēdum circa
hoc q i hmōi coluris assignatur maxima solis
eleuatio/ et maxima solis declinatio. vnde maxi
ma solis eleuatio est arcus coluri distinguentis
solsticia qui est a principio cancri ad equinoctia
lem. et maxima solis declinatio est arc⁹ eiusdem
coluri q est a pricipio capricorni ad equinoctia
lē ille due ascensiones sunt equales int se: et con
tinent sm aliquos astrologos qlibet. 23. grad⁹
et. 51. minuta. Et pōt sciri p istū modū: qr sol in
maxima ei⁹ eleuatione nobis eleuat p. 65. gra
dus. s. parisius. et in maxima eius declinatione
sol nobis eleuatur solū per. 17. gradus pcise cū
quasi. 18. minutis. Capiatur ergo residuū inter
17. et. 65. et erunt. 48. gradus exceptis tn̄ illis
18. minutis. diuidat ergo illud residuū in duas
ptes equales / et tūc qlibet quātitas est. 23. gra
dus cū. 51. minutis: et sic pz de coluris. ¶ Tūc

De meridiano.

cōsīr videndū est de circulo meridiano: p quo est
aduertēdum q circulus meridianus dr circu
lus diuidēs sphera in duas ptes equales et trā
siens per zenit capitis et per polos mundi. et vo
catur ille circulus meridianus qr dū sol puenit
ad illum circulum est meridies. Et est aduertē
dum q alium meridianū habent habitātes ver
sus orientem et aliū habitātes versus occidentē
nā penes hoc attenditur distantia vnius ciuita
tis ab alia si vna sit versus orientē et alia v̄sus
occidentē. vnde arcus equinoctialis interceptus
inter meridianū vnius ciuitatis et meridianum
alterius vocatur longitudo regionis vnius vel

De orizonte.

ciuitatis ad aliā ciuitatē. ¶ Uñ cōsīr de orizōte
dicendū est, pro quo est aduertendū q orizon est
circulus diuidēs emisperium superius ab inferiori
scdm astrologos. aut diuidens ptē celi visam a
non visa scdm pspectiuos Et est duplex orizon
qr quidā est rectus et est orizon illorū quorū zenit
recte est in equinoctiali: et iste orizon rectus tran
sit p polos mūdi et intersecat equinoctialem ad
angulos rectos spherales. Sed alter est orizon
obliqu⁹ et est orizon illorū quorū zenit est citra
equinoctialē vel vltra: et iste orizon obliqu⁹ in
tersecat equinoctialē ad angulos obliquos: et sic

De duobus tropicis

pz de istis. ¶ Tunc videdū est de quattuor mi
noribus circulis: et primo de duobus tropicis.
Pro quo est aduertendū q circulus tropic⁹ di
citur circulus diuidēs spheram in duas partes
inequales cōtingēs zodiacū in principio cancri
vel in principio capricorni. vel sic. Est circulus
descript⁹ a sole in maxima solis eleuatione vel
in maxima solis declinatione. Et inde dicit tro
picus a tropos qd est cōuersio: qr postq sol talē
circulū descripsit tūc incipit cōuerti et nō plus
transit vltra sed incipit reuerti. Et sunt duo tro
pici. s. tropicus estiualis. Et est circulus descri
ptus a sole in maxima solis eleuatione seu sole
existe in principio cancri. alter est tropicus hye
malis: et est circulus descriptus in maxima solis
declinatiōe ipso existēte in principio capricorni.

De duobus paruis

¶ Tunc vidēdum est de duobus aliis circulis
.s. de polaribus. p quo est aduertēdū q zodiac⁹
est circulus obliquus i sphera et habet alios po
los q habeat totalis sphera et dicūt poli zodia
ci. et isti duo poli mouent circa polos mūdi des
cribendo duos paruos circulos qui vocant cir
culi polares. et vnus dr circulus arctic⁹. s. iste q
describit a polo zodiaci circa polum arcticū. al
ter vocat circulus atarcticus. s. ille q describit
a polo zodiaci circa polū antarcticū. et sic pz de
istis. et hec de primo articulo. ¶ Quantum ad

Secūd⁹ articul⁹ De zodiaco.

scdm aduertendū est q zodiacus dicitur circu
lus diuidens spherā in duas ptes equales inter
secans circulū equinoctialē ad āgulos obliquos
cuius vna ps declinat versus meridiem. et alia
pars ad septētrionē. et dr iste circulus zodiacus
a zoe qd est vita qr p motū planetarū sub illo cir
culo cōsistit vita in istis inferiorib⁹. vel dr zodia
cus a zodio qd est aial: qr diuidit in duodecim
partes equales quarū quelibet hz nomē specia
le alicui⁹ aialis vt videbit ifra. iste etiā circul⁹
alio nomine vocat signifer eo q differt duodeci
signa. ab Aristotele vocatur circulus obliquus
Nā in scdo de generatione dicit philosophus q
ppter motū solis i circulo obliquo fiūt genera
tiones et corruptiōes hic inferius. et qr obliqu⁹
est opz q habeat alios polos q habeāt aliī cir
culi et vocant poli zodiaci et sunt poli sup qb⁹
mouentur orbes planetarū motibus ppriis ab

Prima diuisio zodiaci.

occidēte in orientē. Ulterius est aduertendū p
diuisione hui⁹ circuli q iste zodiacus dupliciter ē
diuisibilis. vno modo scdm latitudinē: alio mō
scdm lōgitudinē vnde scdm latitudinē diuisibi
lis est in duodecim grad⁹. et in eo imaginat que
dam linea diuidēs eius latitudinē i duas ptes
equales scz relinquēs ex vtraq pte sex gradus
et ista vocat linea ecliptica Et vocat ecliptica
p tanto qr qn sol et luna sunt de directo sub ista
linea ecliptica et cōiungunt vel opponūtur: tunc
est eclipsis solis vel lune: imaginando q si per
centrū terre transiret vna recta linea applicans
suas extremitates illi linee ecliptice ex vtraq p
te et ista linea trāsiret p centrū solis et lune tunc
est eclipsis. et si sit cōiūctio tūc erit eclipsis solis
si oppositio tūc erit eclipsis lūe et istud nō pt fi
eri nisi sole existēte i cauda vel i capite dracōis
et etiā luna aut vnus in capite et alter in cauda
Et ex hoc pz quare non fit eclipsis lune in qua
libet oppositione et eclipsis solis in qualibet cō
iunctione vel hoc est p tāto q plures sūt oppo
sitiones vel cōiūctiones luna existēte extra eclipti
cam p tanto q sol est cōtinue sub ecliptica sed a
liqn luna eleuatur vltra eclipticā aliqn deprimi

Secūda diuisio zodiaci

tur. Deinde de diuisione zodiaci scdm longitu
dinem est aduertendū q zodiacus scdm lōgitu
dinem diuidit in. 12. ptes equales q vocātur. 12.
signa et qlz illarū. 12. ptiū hz. 30. gradus longitu
dinis. ex quo infertur q totalis zodiac⁹ hz. 360
gradus longitudinis ex quo infertur vltra q q
libet illarum. 12. ptium est multomagis lōga q
lata qr hz. 12. gradus latitudinis et. 30. longitu
dinis, et per hoc patet q opinio illa erat falsa q

ponabat illa esse quadrata qꝛ quadratũ i ꝓpria significatiõe dꝫ habere quattuoꝛ latera equalia.

Noia et rões nominũ.12. signorũ.

¶ Ulterius est aduertendum ꝙ huiusmodi 12 partes noiantur.12.noibꝰ q̃ dicũtur.12.signa.s. aries/taurus/gemini/cancer/leo/ virgo / libra/ scorpius / sagittarius/capricornus / aquarius/ pisces Et ista signa nominãtur istis noibus per quãdã similitudinẽ ⁊ ꝓprietatẽ quã hñt ille partes zodiaci cũ aialibus a quibꝰ nominãtur. vñ prima pars vocatur aries ꝓpter aliquas similitudines quaꝝ prima est quia in illa prima parte zodiaci sunt quedã notabiles stelle sic disposite ꝙ si abinuicẽ ꝓtraherẽtur linee ꝯponerent figurã arietis Alia similitudo est:quia sicut aries ẽ aial valde forte in capite:ita sol existẽs in principio arietis hꝫ valde magnã virtutẽ ⁊ fortitudinẽ. Tertia similitudo est ꝙ aries est vnũ aial qđ i vna medietate vnius anni iacet supra vnũ latus:et per aliã medietatẽ iacet supra aliud latus:et diuidit annũ in duo equalia: ita sol dum est in ariete diuidit diẽ naturalẽ in duas partes equales scilicet in diem artificialem et noctem. ¶ Secũda pars vocatur taurus: vna similitudo est:quia dũ sol est in illo signo tũc incipiũt labores tauroꝝ apparere/ita ꝙ terra tẽpore illo ẽ apta ad laborãdũ:et est quasi in medio aprilis. Alia similitudo est ꝙ sicut taurꝰ est vnum aial forte in scapulis ita etiã dũ sol est in secũda parte tauri valde roboratur in virtute. Tertia similitudo est:qꝛ in principio illius signi sunt simul plures stelle conglobate que vocãtur pleyades habentes similitudinẽ capitis tauri. ¶ Tertia pars vocatur gemini ex eo ꝙ dũ sol intrat illam partẽ tũc aialia ⁊ vegetabilia incipiũt geminari.et hoc est quasi in medio maij. Alia similitudo est:quia in illa parte sunt bis tres stelle notabiles scđm ordinẽ:q̃ gallice dicũtur Les deux bourdõs sainct iaques. ¶ Quarta pars vocatur cancer ex eo ꝙ sicut cancer est aial retrogradum ita sol dũ intrat illud signũ incipit esse retrogradus scꝫ reuerti.et in isto signo est illa notabilis stella q̃ vocatur canis. ¶ Quinta pars vocatur leo: cã est: quia sicut leo est quoddam aial valde forte in parte ãteriori:et debile in posteriori:etiã sol i parte ꝑma illius signi est multũ calefactiꝰ:in secũda valde debilitatur in calore:et intrat in illo signo quasi in medio iulij. ¶ Sexta pars vocatur virgo ex eo ꝙ sicut virgo est sterilis nõ faciens fructũ:ita sol dũ est in illo signo terra fit sterilis. ¶ Septima pars vocatur libra ex eo ꝙ sicut libra est istrumẽtũ põderandi ita etiã dũ sol est in illo signo ponderat dies artificiales contra noctes:et est quasi i medio septẽbris. ¶ Octaua pars vocat̃ scorpius quia sicut scorpius est quoddã aial quod pũgit sua cauda:ita etiã dũ sol est in fine scorpionis.s. in cauda tũc sol deficit notabiliter calefacere.et sic frigus incipit pungere:et intrat sol in illo signo quasi in medio octobris. ¶ Nona pars vocat̃ sagittarius ex eo ꝙ dum sol est in illa parte tũc niues ⁊ pluuie mittũtur ad nos instar sagittarũ:et intrat sol in illo signo quasi in medio nouẽbus. ¶ Decima pars vocatur capricornus: causa est : quia sicut capricornus est quoddam aial quod ascẽdit cõtra arbores ⁊ contra vites: ita etiã dũ sol itrat in illo signo tũc incipit ascẽdere versus nos:et est circa mediũ decembris. ¶ Undecima pars vocatur aquarius ex eo ꝙ sole existẽte in illo signo multe generant̃ pluuie et intrat illud quasi in medio ianuarij. ¶ Duodecima pars vocatur pisces ex eo ꝙ dũ sol ẽ in illo signo tũc fit gñatio pisciũ: et intrat illud signũ sol quasi i medio februarij.et durat vsq₃ ad mediũ marcij ¶ Tamẽ aduertendũ est ꝙ quattuoꝛ modis post capi signũ.primo modo ꝓ vna duodecia parte zodiaci vt dictũ est.⁊ isto modo capitur cũ dicitur planeta est in tali signo.i.sub

Quattuor acceptiones signi.

Secũdo modo capitur signũ ꝓ piramide laterata cuius basis est duodecima pars zodiaci ⁊ conus piramidis est in cẽtro terre.et isto modo dr̃ bene ꝙ planeta est in signo qꝛ est i ista piramide Tertio modo capit̃ signũ ꝓ superficie q̃ est duodecima pars totiꝰ sphere isto modo ꝙ imaginẽtur sex circuli transeũtes per principia.12.signorũ et intersecãtes se in polis zodiaci tũc superficies intercepta inter quoscũq₃ duos ꝓpinquores est signũ t̃tio modo.⁊ isto mõ stelle q̃ sunt iuxta polos bene sunt in signis.quarto modo capit̃ signũ ꝓ piramide solida cuius basis ẽ signum in tertia acceptione ⁊ conus ẽ super axem zodiaci ⁊ isto modo oia q̃ sunt in mũdo sunt i signo Et hec de secundo articulo: ⁊ patet ꝙ zodiacus est verus circulus. ¶ Quantũ ad tertiũ articulũ aduertendũ est ꝙ.12.signoꝝ ipsius zodiaci sunt quattuoꝛ triplicitates: in quarũ qualibet triplicitate sunt tria signa.de prima sunt aries:leo:sagittarius.de scđa sunt taurus:virgo:capricornus : de tertia sunt gemini ; libra: aquarius.de quarta sunt cancer:scorpiꝰ: et pisces. Et ad reperiẽdũ in qua triplicitate sunt ista signa habẽt aliqui qđã metra:sed leuiꝰ põt sciri isto modo. qꝛ signent̃ quattuoꝛ termini fixi sicut quattuoꝛ digiti:⁊ tunc primo tradat̃ aries. scđo taurus. tertio gemini.quarto cancer.iterũ primo leo:et sic ꝯsr̃. Et signa cadentia in primo digito siue termino sunt de prima triplicitate et cadẽtia in scđo de secũda:et in tertio erunt de tertia:et in quarto erũt de quarta. Et est aduertẽdũ ꝙ ista duodecim signa diuiduntur in quattuoꝛ triplicitates ꝓpter quattuoꝛ naturas siue cõplexiones sibi assignatas:ita ꝙ signa de prima triplicitate habẽt eãdẽ cõplexionẽ.et sic de alijs. Uñ quodlibet signũ de prima triplicitate est calidũ et siccũ:igneũ/colericũ/masculinũ / diurnum/⁊ oriẽtale.⁊ illiꝰ triplicitatis dñi sunt sol i die:iupiter in nocte. Sed quodlibet signũ de scđa est frigidũ/⁊ siccũ/terreũ/⁊ melancolicũ/meridionale/femininũ/nocturnũ. et illius triplicitatis dñi sunt in die venꝰ⁊ in nocte luna. Sed quodlꝫ signũ de tertia est calidũ et humidũ: aereũ: sanguineũ:occidentale:diurnũ ⁊ masculinũ.et illius triplicitatis dñi sunt in die saturnꝰ ⁊ i nocte mercuriꝰ. Sꝫ quodlibet signũ de quarta est frigidũ⁊ humidũ/aqueũ/flegmaticũ:septẽtrionale nocturnũ femininũ . et illiꝰ triplicitatis dñi sunt i die venꝰ ⁊ in nocte mars. ¶ Ulterius circa hoc aduertendũ est ꝙ hmõi signoꝝ quidam gradus dñr masculini:alij dñr feminini.⁊ rõnẽ huius assignãt philosophi et astrologi: qꝛ cũ sit questio de qua oporteat discernere sexũ sicut fit in pluribꝰ:videlꝫ vt de puero i vẽtre mr̃is virũ sit vir vel mulier: vł de vtroq₃ sexu:tũc si fuerit

Tertius articulꝰ.

Quattuor triplicitates signorum.

Complexiones signorum.

De gradibꝰ masculinis ⁊ femininis.

significator inuētus in aliquo gradu masculino illud atestatur masculinitati. ꝛ si in gradu femi-
De gradib⁹ lucidis et tenebrosis
nino illud atestatur femininitati. Sed iterū hu-iusmodi signoꝝ quidam gradus dr̄ lucidi. alij tenebrosi. alij fumosi. ꝛ causa est qꝛ si ascēdens in natiuitate alicuius pueri fuerit in gradu lucido et etiā luna tunc talis puer dꝫ esse pulcher ꝛ lucidus. si in gradu tenebroso min⁹ pulcher ꝛ turpis. si in fumoso tunc dꝫ tenere medium.
De signis mobilibus ꝛ fixis.
¶ Secundo notandū ꝙ huiusmodi. 12. signoꝝ quedā sunt mobilia scꝫ quatuor alia quatuor sunt fixa et alia quatuor sunt cō munia. Unde aries cancer /libra/ ꝛ capricornus sunt mobilia. et taurus leo/scorpi⁹/aquarius sunt fixa. ꝛ virgo/sagittari⁹/gemini/ꝛ pisces sunt cōia. ꝛ hoc potest sciri isto modo. Capiātur tres digiti dādo cuilꝫ vnū signum tunc cadētia in primo digito sunt mobilia in secūdo fixa in tertio coia. ꝛ est aduertēdū ꝙ signū vocatur mobile ꝑ tanto qꝛ cū sol intrat ī illo signo tūc dispositio aeris dꝫ variari ꝛ non ꝑseuerare ineodē statu/nā in introitu solis in ariete mutatur hiems in ver. ꝛ in introitu solis in cancro mutatur ver in estatē. et in introitu libre mutatur estas in autūpnum. et in introitu solis in capricorno mutatur autūpn⁹ in hyemē. Sed signū dr̄ fixū qꝛ dū sol intrat in illo tunc dispositio aeris siue tꝑis dꝫ ꝑseuerare in eodem statu. Sed signum dr̄ cōe qꝛ ꝑtinet ei de mobili signo et de fixo: ita ꝙ cōe signum ꝓ ꝑte est mobile ꝛ ꝓ ꝑte est fixū. Et est aduertendū ꝙ ad inceptionē alicuius opis bene respiciendū est ad ipaꝫ lunā si fuerit in signo fixo vel mobili vel cōi. qꝛ si fuerit in mobili tunc opus inceptū non haberet durationē. si in fixo dꝫ diu durare. si in cōi tunc dꝫ durare cōiter. Sed aliquis q̄reret quomō sciret
De loco lūe in signis.
in quo signo est luna qualꝫ die Ad hoc respondetur ꝙ hoc potest sciri ꝑ istū modū. qꝛ capiat fundamentū in aliqua ꝯiunctione ꝛ tunc sumere etatē. s. aliquos dies a ꝯiunctiōe illa vsqꝫ ad diem in quo volumus scire in quo signo est. postea geietur illa etas qua geminata addātur iterum. 5. dies vltra numeꝝ ꝛ de tali nūero resultāte dentur. 5. cuilꝫ signo post signū ꝯiunctiōis. si nichil remaner cūc recte est in principio signi sequentis lunā. si aliquid remaneat dentur ꝓ quolibet die. 6. gradus signi sequentis.
Fortitudies planetaꝝ in signis.
¶ Tertio notandum est ꝙ septem planete erratici in aliquibus signis dicuntur exaltari ꝛ in aliquibus gradibus specialiter et in alijs cadere. vnde sol exaltatur in. 19. gradu arietis. luna in tertio gradu tauri. saturnus ī. 21. gradu libre. iupiter ī. 15. cancri. mars in. 28. capricorni venus exaltatur in. 27. gradu piscium. mercurius in. 15. virginis caput draconis exaltatur in tertio geminorum. ꝛ cauda in tertio sagitarij. Et dicuntur planete exaltari in signis ꝛ gradibus vt dicit Albumasar hoc est quia fuerunt creati in illis gradibus
Facies signorum.
et signis. ¶ Quarto aduertendū est ꝙ quodlꝫ signum diuiditur in tres partes equales quarū quelꝫ habet. 10. gradus ꝛ primi decem vocātur prima facies /ꝛ scd̄i decē vocātur secūda facies signi/ ꝛ alij decē tertia facies ꝛ cuiuslibet istarū facierum aliquis planeta est dominus/ vt mars est dominus prime faciei arietis/sol scd̄e/ven⁹ tertie/mercurius prime tauri ꝛc̄.
Duodeci dom⁹ celi.
¶ Quinto aduertendum est ꝙ in zodiaco ymaginātur duplices domus: i maginātur enī alique domus mobiles: scꝫ duodecim ꝑ istum modū ꝙ imaginet zodiacus diuidi in quattuor ꝑtes equales ꝛ earū quelꝫ iterū ī alias tres ꝑtes equales: et tunc prima q̄ est in cōtactu orizontis in oriēte est prima domus. postea scd̄a versus āgulū noctis vocatur scd̄a domus. tertia vocatur tertia domus
Domus planetarum in signis.
et sic de alijs. Sed alie sunt domus immobiles ita ꝙ q̄libet planeta sibi determinat certū signū vel certa signa ꝓ domo sua. vn̄ leo est domus solis. cancer est domus lune. gemini et virgo sunt domus mercurij. taurus et libra sunt domus veneris. aries et scorpio domus martis. pisces et
De signis ꝛ mēbris hominis
sagittarius sunt dom⁹ iouis. aquarius et capricornus sunt domus saturni. ¶ Ultimo est aduertendū ꝙ quodlibet signū determinat sibi certā partē hoīs supra quā habet specialē virtutē. vn̄ aries determinat sibi caput/taurus collū/ gemini brachia/cācer pectus ꝛ interiora pectoris. sicut pulmonē et splen/leo stomachū et cor ꝛ inferiores ꝑtes pectoris. virgo vmbilicū et partes adiacētes sibi. libra lūbos ꝛ hancas ꝛ partē inferiorē ventris. scorpius pudibūda et vesicam. sa-
Ad rōes q̄tionis.
gittarius crura. capricornus genua. aquarius tibias et canillas pedū. et pisces determinat sibi pedes. ¶ Rationes que fiunt de circulis alijs a zodiaco bene arguūt ꝙ tales non sunt veri circuli nec reales. Ad rōnem de zodiaco negatur antecedens ad probationē dꝛ ꝙ ibi nō ita ꝓprie capitur circulus vt patet in primo articulo. ad confirmationē dicitur ꝙ linea ecliptica non est nisi linea ymaginata in zodiaco. Rationes post oppositum arguunt de zodiaco.

¶ De duobus coluris.

Sūt autē alij duo circuli maiores ī sphera qui dicūtur coluri. quorū officiū est puncta principalia (que dicunt̄ solsticia
Quid colurus.
et equinoctia) distinguere. Dicitur aūt colurus a colon grece qd̄ est mēbrū latine/et uros qd̄ est bos siluester. qꝛ quēadmoduꝫ cauda bouis siluestris erecta (q̄ est ei⁹ mēbrū) facit semicirculum/nō perfectum: ita colurus semper apparet nobis īperfect⁹: q2m̄ solum vna eius medietas apparet alia vero nobis occultatur
Colur⁹ solsticialis.
Colurus igitur distīguens solsticia trāsit ꝑ colos mūdi/per polos zodiaci/et ꝑ duo solsticia hoc est ꝑ primos grad⁹ cancri ꝛ capricorni vbi sunt maxime solis declinationes. Unū primus pūctus cancri
Quid solsticiū
vbi colurus iste intersecat zodiacum dr̄ punctus solsticij estiualis: quoniam qn̄ sol est in eo est solsticiū estiuū: qꝛ nō pōt sol magis accedere ad zenit capitis nostri/undeqꝫ recedere īcipit. Et autem ze-
Quid zenit ꝛ nadir.
nit punctus ī celo directe supra positus capitib⁹ nr̄is. nadir aūt punctus ei dia-

metraliter opposit⁹. Arcus vero coluri qui itercipitur inter punctū solsticii esti- ualis ꝛ equinoctialē: appellatur maxia solis declinatio. ꝛ est secūdū Ptholome- um. xxiii. graduū. et. x‹l›i. minutoꝝ. secūdū Almeonē vero. xxiij. graduū et xxxiii. minutoꝝ. Silr prim⁹ pūct⁹ capri corni vbi idē colur⁹ ex alia pte itersecat zodiacū dr punct⁹ solsticii hyemalis. et arcus coluri inceptus int pūctū illū et equinoctialē dicit alia maxia solis de- clinatio. ꝛ ē equalis priori. Alter quidē colurus trāsit p polos mundi: et p prīci pia arietis et libre vbi sūt duo eq̄noctia vñ appellatur colurus distīguēs equi- noctia. Isti aūt duo coluri itersecāt sese sup polos mūdi ad āgulos rectos sphe rales Signa quidē solsticioꝝ ꝛ equino ctioꝝ hiis patent versibus. Hec duo sol' sticia faciunt cancer capricornus. Sed noctes equant aries et libra diebus.

Quid maxia zodiaci declinatio.

Colur⁹ equinoctialis.

¶ Hec ē tertia particula prime partis de aliis duobus circulis maioribus qui dicūtur coluri: et primo agit de eis in cōi. secūdo de vno quoqꝫ in speciali ibi: colurus igitur. Quātū ad primū duo facit: primo dicit de eoꝝ officio et vtilitate secūdo de nois coluri interpretatione ibi. dicit sūt colurus. Officiū igitur principale hoꝝ cir- culoꝝ est distinguere nobis zodiacū i quattuor quartas. 4. anni tēporibus supra dictis corre- spondētes: ꝛ signare nobis quattuor pūcta prin cipalia zodiaci in quibus est sol ad inicia dicto- rū quattuor tēpoꝝ ¶ Notandū q per officium alicuius circuli vtilitatē eius aut cām ppē quā in celesti sphera describitur intelligimus. quia igitur totā cām diuisiōis zodiaci ex diuersitati bus tempoꝝ in anno solari cōtingentiū accepi- mus: inter quas diuersitates quattuor prediete notabiliores ꝛ maiores sunt: ideo opus fuit cir culos quosdā zodiacū in quattuor quartas di- stinguētes ymaginari: ꝛ isti sūt coluri ¶ Text⁹ Dicitur aūt. Ponit iterpretationem nois coluri dicēs ipsum esse sumptū ex translatione vel me taphora. colurus eīn grecū nomen cōpositū est et latine est membrū bouis vel cauda bouis. et quia sicut cauda bouis qñ incuruatur non facit circulū integrū sed fere medietatē: ita quilꝫ isto rū circuloꝝ nunq̄ꝫ integer supra orizontē appa- ret sed sola eius medietas ideo coluri dicuntur. ¶ Notandū q cū nobis de pdicta iterptatiōe coluri nō multū cōstet eo q litteras grecas nō callemus ideo in huiusmodi vocabuloꝝ inter pretationibus peritioribus credendum est. Bo etius aūt in secūdo libro Arismetice vbi de figu ris numeroꝝ solidorum agit. sic nomen coluri interpretatur. colurus īquit grece curtū est lati ne. vnde et curtā pyramidē coluron dicit grece noiari. secūdū hāc igitur interpretationē nomē coluri non translatiue sed pprie istis circulis at-

Quod ē officium hoꝝ circulorum

Quid colur⁹ scꝫ

Boetiū

tribuitur. quilibet enim eoꝝ nūq̄ꝫ integer sed di uisus seu curtus in hemisperio nostro apparet. ¶ Tex. Colurus igitur. Dicit de istis circulis in speciali. et primo de quolꝫ eoꝝ seorsum. scdo cōparat illos adinuicē ibi. Isti aūt duo. Et ite rū primo dicit de coluro solsticiali: secūdo de co luro equinoctiali ibi. Alter quidē. Circa primū colurū duo facit. primo ponit eius descriptionē secūdo quosdā terminos ignotos declarat ibi. Vñ primus. Descriptio huius circuli clara est trāsit eīn ab vno polo equinoctialis per polū zodiaci sibi pximū: et per principiū cancri vsqꝫ ad aliū polum equinoctialis ꝛ zodiaci: rediens per principium capricorni ad primum polum. ¶ Notādū q punctū illū zodiaci qui maxime distat ab equinoctiali vocat maximā solis decli nationē eo q nō vult loqui de maxima distātia zodiaci totius sed de maxima distātia linee ecli ptice que est via solis: ac si diceret punctus ille zodiaci quē cū sol peruenit maxime distat ab eq̄ noctiali est maxima zodiaci declinatio: et talis nō est nisi pūctus ecliptice. ¶ Tex. Vñ prim⁹. declarat duos terminos in pdicta descriptione positos. scdm ibi. Arcus vero. Primus igit ter minus est solsticiū p cuius declaratione sciēdū est q primus pūctus signi cācri vbi colurus iste ex vna parte intersecat zodiacū dr solsticiū esti- uale. solsticiū quidē q quādo sol est in eo videt stare inter acessum et recessum. sol eīn prius a- scēdebat versus zenit capitis nostri (quod est pū ctus celi directe supra nos) cum autem venit sol ad istud punctū: non amplius ascēdit: sed inde incipit descēdere ꝛ recedere a nostro zenit ideo ibi fuit status vel statio solis in ascendēdo. sed dicitur estiuale: q qñ sol ad punctū illum perue nit est principiū estatis. Similiter prim⁹ pūct⁹ capricorni vb idē colurus ex alia parte interse- cat zodiacū: dr solsticiū hyemale solsticiū quia sol vsqꝫ ad illū punctū recedit a nobis ꝛ inde in cipit iterū accedere ideo ibi est status solis in re cedendo. dicitur autem hyemale quia qñ ibi est sol est principiū hyemis. ¶ Notandū q si ptra hatur ymaginaliter linea recta vel dyameter ab extremo ad extremū celi per centrū terre et per verticē capitis alicuius hoīs vnus pūctus ter- minalis eius dr zenit illius hoīs. alius vero na- dir. similiter si talis linea p mediū alicui⁹ ciuita tis ptrahat ostēdet zenit ꝛ nadir talis ciuitatis ¶ Tex. Arcus vero coluri. Declarat aliū ter- minū scꝫ q̄d est maxima solis declinatio dicens q est arcus vel portio huius coluri inter equino ctialē et solsticiū interceptus: et quātitas talis arcus scdm. Ptholemeū est. 23. graduum et. 51. minutoꝝ: sed scdm Almeonem est. 23. graduum ꝛ . 33. minutorum. et huiusmodi maxima solis vel ecliptice declinatio ab equinoctiali est duplex: vna inter primū punctū cancri ꝛ equinoctialem alia inter primū punctū capricorni et eūdē equi noctialē: et harum vna est precise alteri equalis. quanta autē sit singularum partiū zodiaci decli natio ab equinoctiali capitulo quarto hꝫ videri ¶ Notandū q dicte maxime declinationes zo diaci octaue sphere ab eq̄noctiali quādoqꝫ sunt maiores: quādoqꝫ sunt minores vt Purbachi⁹ in theorica octaue sphere ex motu accessus ꝛ re cessus eiusdē probar⁹ nititur. sicut etiam supra

Cādiuer sitat in Ptholemeum ꝛ Almeonem.

dicimus secūdum eūdem principia arietis ꝛ li‍bre primi mobilis non semper esse puncta equi‍noctiorū nec principia cancri ꝛ capricorni sem‍per esse solsticia. hec igitur potuit esse causa di‍uersitatis inter Ptholemeū et Almeonē circa maximas solis declarationes qꝛ tēpore Ptho‍lemei erant maiores ꝙ tempore Almeonis.

¶ Notādū etiā ꝙ ꝗtitas maxie declinatiōis zodiaci ab equinoctiali pōt sciri certissime per hunc modū quo etiā modo scita fuit a Ptholo‍meo et ab alijs astrologis. capiat per astrolabi‍um vel per aliud instrumentū astrologie eleua‍tio solis supra orizōtē in meridie maxime diei totius anni ꝗ est solsticium estiuale: et sit verbi gratia. 65. gradus parisius. capiatur iterum ea‍dem eleuatio solis i meridie minime diei toti⁹ anni que dicitur solsticiū hyemale et sit. 17. gra‍duum: deinde subtrahatur minor a maiori et re‍manent. 48. gradus que est tota latitudo torri‍de zone. diuidatur ergo iste totus numerus per medium / et tunc habebitur quelibet maxia zo‍diaci declinatio. 24. graduū. eodem modo fiat in qualibet alia ciuitate et nullus poterit esse er‍ror. ¶ Text⁹. Alter quidē colurus. Determi‍nat de coluro equinoctiali ponēs eius descripti‍onem que talis est. transit enī ab vno polo equi‍noctialis per principiū arietis vsqꝫ ad alterū po‍lum / indeqꝫ libre reuertitur ad primum polum. et qꝛ dicta duo puncta zodiaci sunt duo equino‍ctia vt supradictū est: ideo colur⁹ iste dr̄ colurus equinoctialis: qꝛ scilicet transit per equinoctia ¶ Textus. Isti autem. Comparat predictos duos circulos adinuicem ꝛ metrice commemo‍rat quattuor predicta puncta zodiaci in quibus tangitur a duob⁹ coluris que littera facilis est.

¶ De meridiano et orizonte

Sunt iterum duo alij circuli maiores i sphera: scꝫ meridian⁹ et orizon. Est aūt meridianus circulus quidā transiens p polos mundi et per zenit capitis nostri Et dicitur meridianus: qꝛ vbicunqꝫ sit homo / et in quocunqꝫ tpe anni quando sol motu pmi mobilis peruenit ad suum meridianū: est illi meridies. cōsimili ra‍tione dicitur circul⁹ meridiei / et hoc est vnum eius officiū. Alterū aūt est osten‍dere distantias locorum ab oriente / oc‍cidente / et abinuicem que dicuntur lon‍gitudines. Unde lōgitudo alicuius ci‍uitatis vel distantia eius ab occidente est arcus eq̄noctialis īter eius meridia‍num et occidentalē interceptus. Et no‍tandū ꝙ due ciuitates quarum vna ma‍gis accedit ad orientē ꝙ alia habent di‍uersos meridianos. ꝛ arcus equinoctia‍lis īterceptus inter illos duos meridia‍nos dicit̄ longitudo ciuitatū. si aūt due ciuitates eādem habeant meridianum

Quid meridia‍nus

Quid ꝛ regionū lōgitudo

tunc equaliter distant ab oriente ꝛ occi‍dente. Horizō vero est circulus diuidēs inferius hemisperium a superiori. ꝛ hoc est primū ei⁹ officiū. vnde appellat̄ ho‍rizō id est terminator visus. dicitur etiā horizon circulus hesperij. Est autē du‍plex horizon rectus scilicet ꝛ obliquus siue decliuis. Rectū horizonta ꝛ spherā rectam habēt illi quorū zenit est in equi‍noctiali / vel ꝗ manent sub equinoctiali si aliquis ibi manere possit. ꝛ dr̄ sphera recta q̄m neuter polorum magis alte‍ro illi s eleuatur. vel qꝛ illorum horizon est circulus transiens per polos mundi diuidēs equinoctialē ad āgulos rectos sphérales. vnde dicitur horizō rectus ꝛ sphera recta. Obliquū horizōta et sphe‍ram obliquā siue decliuem habent qui cunqꝫ habitant citra equinoctialem vel vltra illis enī supra horizōtem alter po‍lorum semp eleuat̄ / reliquus vero sem‍per deprimit̄ sub orizonte. vel quoniaꝫ illorū horizon artificialis ītersecat equi‍noctialē ad angulos īpares ꝛ obliquos vnde dicit̄ orizon obliquus et sphera o‍bliqua siue decliuis. zenith autē capitis nostri semp est polus horizontis: sicut ꝛ nos semp sumus in centro eiusdē. Un‍de ex his patet ꝙ quāta est eleuatio po‍li mundi supra orizontē. in quacūqꝫ ha‍bitatione tanta est distantia zenit illius ab eq̄noctiali. quod p meridianū circu‍lum hꝫ pbari. sed cum i quolibet die na‍turali vterqꝫ colurus bis iūgatur meri‍diano: siue idē sit ꝙ meridian⁹: quicꝗd de vno probatur et de reliquo. Sumat̄ igit̄ quarta pars coluri distiguētis sol‍sticia. ꝗ est ab equinoctiali vsqꝫ ad polū mundi. sumatur uerū quarta pars eius‍dē coluri que est a zenith vsqꝫ ad orizon‍tem cū zenit sit polus horizōtis. iste due quarte cū sint quarte eiusdē circuli in‍ter se sunt equales. sed si ab equalibus equalia demātur vel idem cōmune: resi‍dua erūt equalia. dēpto igitur cōmuni arcu scilicet qui est inter zenit ꝛ polū mū‍di: residua erūt equalia scꝫ eleuatio poli mundi supra horizōtē / et distantia zenit ab equinoctiali. Et sic pꝫ altē circuli ho‍rizontis officiū ad cognoscēdas scilicet

Quid ori‍zon

Quotu‍plex est.

Orizon rectus.

Orizon obliqu⁹.

Suppo‍sitio.

Cōclusio.

distãtias locorum ab equinoctiali ꝛ ab-
inuicem que dicũtur eorum latitudies

Quid ẽ regionũ latitudo

Et est latitudo alicuius ciuitatis arcus
meridiani inter polũ mundi et eius ori
zontẽ: vel inter equinoctialẽ et eius ze-
nit interceptus. Ciuitates vero quarũ
vna magis appropinquat equinoctiali
q̃ alia habent diuersos orizõtes. arcus
autẽ meridiani iter duos circulos equi
noctiali paralellos per earũ zenit trãse-
untes interceptus dicitur earum secun
dum latitudinem differentia.

¶ Hec est quarta particula prime partis de a-
lijs duobus circulis maioribꝰ qui dicuntur me
ridianus ꝛ orizon. et pͥmo dicit de circulo meri-
diano. scḋo de orizonte ibi: orizon vero. Circa
meridianũ sic procedit. primo ponit eius descri
ptionẽ. scḋo sui nois declarationẽ ibi: ꝛ dicitur
Descriptio igitur circuli meridiani talis est: qꝛ
transit ab vno polo equinoctialis per zenit ca-
pitis nostri vsq̃ ad aliũ polum a quo iterum p
nadir (quod est punctũ celi directe sub pedibus
nostris) reuertitur ad primũ polum. ¶ Textꝰ.
Et dicitur. ponit nois meridiani declarationẽ
vbi simul duo huius circuli officia ꝛ vtilitates
ostẽdit. scḋm officiũ tangitur ibi. Alterũ autẽ.
meridianꝰ ergo dõ sic dictus est: qꝛ ostẽdit pun-
ctũ meridiei et etiã pũctũ medie noctis. in qua
cũq̃ em̃ regione sit homo quolibet die anni qñ
sol raptu primi mobilis tangat istũ circulũ ĩ su-
periori hemisperio est pũctus meridiei. quãdo
sũt in inferiori hemisperio ad eũdẽ circulũ per
uenit est pũctus medie noctis. et hac etiã de cã
dr ab alijs circulus meridiei. sic igitur pꝫ vnũ
huius circuli officiũ qꝛ ymaginamur ipsũ ad si-

De cognitione meridiani.

gnandã illã partẽ hemisperij ad quã cũ sol per-
uenerit est meridies vel media nox ¶ Notãdũ q̃
si quis huius circuli sitũ in celo cognoscere vo
luerit locũ solis in celo hora duodecima horo-
logij diuidij bene verificati aliqua die obseruet
et tũc filũ perpendiculi cõtra radios solis pen-
dentẽ ostendat in vmbra q̃ fili lineã rectã vel in
plano / vel in pariete describat que si ĩ plano de-
scripta sit directe cõtra polũ arcticũ porrigitur
imaginetur ergo circulus in celo directe huic li
nee supra positus ille est meridianus: et in quo
libet die anni qñ vmbra perpẽdiculi directe sup
hanc lineã extẽditur tangit sol circulũ meridia
nũ: et est pũctus meridiei. Simplices vẽ ꝛ idio
te per habitudinem ad vmbrã alicuius domus
vel parietis horã meridianã cognoscũt. multis
etiã alijs vijs cognitio circuli meridiani potest
haberi: sed nũc illas omitimꝰ ¶ Textus. Alte
rũ autẽ. Tangit aliud officiũ circuli meridiani
et est valde notabile vbi prius insinuat dictũ of
ficiũ. secũdo ꝓsequitur declarationẽ illius ibi.
vnde longitudo. ꝓdest igitur secũdo ꝛ deseruit
circulus meridianꝰ ad cognoscẽdas distantias
locoꝝ et habitationũ ab oriente et occidente et
distantias diuersaꝝ habitationũ ad inuicem que
dicũtur eacũ longitudines. et hoc q̃dem ad illã
partẽ astrologie q̃ geographia vel cosmogra-
phia df valde necessariũ est vt statim videbitur
¶ Textus. Unde lõgitudo. Declarat quod di
ferat. et primo quid sit longitudo ciuitatũ et re
gionũ ab oriente et occidente: ꝛ quomõ accipit
ab astrologis. secũdo facit idẽ de distantia lon-
gitudinis vnius ciuitatis vel regionis ab alia
ibi. et notandũ. lõgitudo ergo alicuius loci vel
ciuitatis ab occidente est arcus vel portio equi
noctialis circuli inter meridianũ illiꝰ loci ꝛ me
ridianũ terre maxime occidentalis intercepta.
et hec est illa q̃ in tabulis cosmographie Ptho
lemei scḋm quosdam p gradus ꝛ minuta ꝯputat

Quod duplex ẽ occidens.

¶ Notandumq̃ aliqui astrologi ponũt duplex
occidens. s. verũ ꝛ hitatũ. occidens verũ dicunt
illã partẽ terre vel maris cuius zenit distat a ze
nit terre maxime orientalis (que est circa para-
disum terrestrem vel ĩ littore maris indici) cen
tũ et octoginta gradibus que est medietas cir-
culi. sed occidẽs habitatũ est ꝓpinquius orienti
per decẽ ꝛ septẽ gradus cum medio: et distat a
terra maxime orientali p̃dicta gradibꝰ. 162. cũ
medio. ꝛ hec est occidẽtalior terra iuxta littora
maris occeani. et scḋm Ptholemeũ sunt q̃dam
insule iuxta fines hyspanie ꝛ mauritanie ꝛ libie
interioris: quarũ quedã dicuntur fortunate / vel
deoꝝ insule: ab hyspanis vero canarie noĩantur
alie vero catherides insule. Et in quadã insula

Gades herculis

ibi prima q̃ dicitur gadira vt fertur. Hercules
duas columnas marmoreas: et super eas duas
statuas lapideas singulas claues in manibꝰ te-
nentes apposuit. et hee dicũtur gades herculis
Sic igitur geographi longitudines ciuitatũ et
locoꝝ ab occidente describentes ad meridianũ
occidentis habitati cõputationes suas referũt:
et sic accipere oportet gradus et minuta longi-
tudinũ in tabulis Ptholemei posita Sed certe
bene inspiciẽti Ptholemeũ nõ est distinctio hec
duplicis occidentis sue doctrine cõsona imo se-
cũdũ eũ occidẽs habitatũ et verũ idẽ est. ꝛ vtrũ
q̃ ab oriẽte. 180. gradibus distat. Et potius ab

Quod longitudines locoꝝ ab occidẽte ꝯputantur.

occidente q̃ ab oriente longitudines cõputant
astrologi: qꝛ de terra maxime orientali eis non
constat. scḋm em̃ theologos vt Isidorus dicit
paradisus terrestris est ĩ principio terre ad oriẽ
tem sub equinoctiali. tabula aũt gñalis Ptho-
lemei vsq̃ ad illũ locũ nõ pertingit: quia ꝓpter
multa ĩpedimenta aditus ĩ paradisum terrestrẽ
hoibus est ꝓhibitus: et p̃cipue ꝓpter gladiũ fla
meũ quo deꝰ paradisum quasi muro cinxit. vñ
dicta tabula Ptholemei ex parte orientis certũ

Quod terra maxime occidentalis nõ est satis ... Diuersitas est inter philosophos et astrologos circa longitudinem terre.

terminũ nõ habet. Sed terra maxime occidẽta
lis notissima est vnde habitadistanta alicuius
regionis ab occidẽte faciliter habebitur eiusdẽ
distantia ab oriente subtrahendo scꝫ gradus di-
cte longitudinis a. 180. gradibus. ¶ Notandũ
etiã q̃ secũdũ astrologos longitudo terre sumit
ab oriente ĩ occidentẽ vel econtra. latitudo aũt
ab equinoctiali ad polos vel econtra. sed scḋm
Aristotelem in secũdo de celo oppõito mõ lon-
gitudinẽ et latitudinẽ mundi oportet accipere.
Et forte huius diuersitatis ratio est: qꝛ Aristo-
teles totã spheram vniuersi cõsiderauit: in qua
circulus equinoctialis qui df cigulus pͥmi mo
bilis: p̃cedit ab oriente in occidentẽ: et pars
orientis a qua incipit motus dicitur dextrũ vni
uersi: occidens vero sinistrũ: ideo distantiã ab

semper minor pars equinoctialis orit oĩa vero
signa scd̃e ꝛ quarte quartarũ scꝫ cancer/ leo/ vir
go/ capricornus/ aquarius/ pisces oriuntur recte
in sphera recta: q in eis semper maior pars eq-
noctialis oritur. Nec argumentationem quam
in contrarium format: soluit. illa enĩ (supposito
dicto auctoris) demonstratiue cõcludit per illã
cõem animi conceptionem si ab equalib⁹ i equa
lia demas vel idem cõe remanent inequalia. Et
item auctor contradicit sibiipsi in secunda ꝛ ter
tia regulis. nam ex secũda regula pisces ꝛ aries
habent equales ascensiones. sed ex tertia regu
la pisces oriũtur recti aries vero obliquus/ ꝛ p
cõsequẽs non habent equales ascensiones vt
patet p diffinitiones ortus recti ꝛ obliqui. ideo
oportuit textũ auctoris mutari ꝛ conformiter
loqui ad oẽs tabulas ascensionũ ꝛ ad oĩa instru
menta astrologica i quibus omnib⁹ eo mõ quo
tradidim⁹ ortus ꝛ occasus signorum demõstrant

excusat a qbusdã

¶ Sunt tamẽ nõnulli qui auctorẽ in hoc loco
volunt a falsitate excusare. dicentes q illud ver
bum eius semp maior pars oritur debꝫ intelligi
id est orta ẽ. quorum expositio lꝫ paucis ꝛ obscu-
ris verbis perstricta sit: põt tamen sic declarari
q illa locutio vt dicũt p verbũ pñtis tpis ꝛ i ri
gore logice ꝛ sm astrologiam falsa est. Primũ
patet: quia nulla ps zodiaci aut equinoctialis
pnmo oritur. Secũdũ etiã pbat quia nõ in qua
libet pte illius tẽporis verũ est dicere q cũ qua
cũqꝫ pte determinata prime quarte zodiaci mi-
nor ps quarte eqnoctialis orit. similiter nec cũ
qualibet pte determinata scd̃e quarte zodiaci
maior pars eqnoctialis orit vt pꝫ ex tabulis a-
scẽsionũ signorum idẽ intelligẽdũ est de oppositis
quartis. Sꝫ pdicta locutio p verbũ pteriti tpis
vt aiũt vera est vtroqꝫ mõ. quãtacũqꝫ enĩ pars
prime quarte zodiaci orta signet: minorẽ ptem
quarte eqnoctialis ortã videbim⁹ vsqꝫ ad finẽ
eiusdẽ quarte. silr dicẽdũ est de tertia quarta. sꝫ
in alijs duab⁹ quart; semp maior ps quarte eq
noctialis orta est quã quarte zodiaci quia cum
iste due quarte scꝫ zodiaci ꝛ eqnoctialis simul i
cipiãt oriri: semp vna earũ excedit aliam i ortu
suo/ sꝫ i pria medietate quarte ɔtinue excessus
sit maior vsqꝫ quo pria medietas quarte zodia
ci orta sit. dehinc vero in alia medietate eiusdẽ
quarte excessus ille ɔtinue minorat vsqꝫ ad finẽ
toti⁹ quarte vbi iã null⁹ excessus erit/ ꝛ quarte
ille scꝫ zodiaci ꝛ eqnoctialis simul p orit sicut
etiã cotingit in equationibus planetarum in ta
bulis celestium motuũ que crescũt ꝛ decrescũt
semp vero motu planete medium motum supe
rante aut econuerso. Et est simile sicut si ego ꝛ

Bonũ si-mile

tu luderemus per horam. ꝛ in prima medietate
hore facerem⁹ tres ludos in quorum quolibꝫ ego
lucratus eẽm duos denarios pꝫ q lucrum meũ
in prima medietate hore semp fieret maius. ꝛ tã
dem in fine illius medietatis lucratus essẽ sex
denarios. In alia etiaꝫ medietate hore facere-
mus alios tres ludos in quorum quolibet ego per
derẽ duos denarios de lucro priori. pꝫ q in tota
illa scd̃a medietate lucruꝫ meũ ɔtinue fieret mi
nus quousqꝫ finiret hora vbi iã nichil lucrarer
sed essem⁹ equales sicut ãte horã. In hoc ergo
casu hec de pñti esset falsa sm istos ego semp
lucror i hac hora/ q nõ lucror de scd̃a medieta-
te sed perdo de lucro. hec tamẽ de pterito esset
vera ego semp lucratus sum in hoc hora. q in
qualibet pte hore verum est dicere q ego lucratus
sum licet enim perdã in secũda medietate hore
non tñ perdo de meo sed de eo q lucratus sum
tibi. vnde quantũcũqꝫ pdã in hoc casu semper
tamen ante finem hore habeo aliquid de tuo et
ita lucratus sum. Sic ergo isti glosatores p ver-
ba de preterito exponẽtes dicta auctoris nitũt
ipsum saluare hic ꝛ infra circa tertiã rlaꝫ sphe-

reproba-tio istorum

re obliq. Sed pma facie glosa ista valde extor
ta ꝛ aliena videt a textu ꝛ ab intentione autor;
cũ ei auctor circa materiã ꝛ difficultatẽ ort⁹ et
occasus signorum aperiẽdã laboraret: vt scꝫ q̃ si-
gna recte q̃ ve obliq oriant/ aut occidãt/ ꝛ quã-
ta est cuiusliꝫ signi ascensio/ similiter ꝛ descẽsio
declaret: premiseritqꝫ ppterea quid sit recte q̃ d
qꝫ obliq oriri aut occidere: et q̃ partes zodiaci
in suis ascẽsionib⁹ adequant ꝛ que nõ: hec eius
verba (que quasi concludens dixit) ad hoc refe-
renda sunt vt p ea significetur nobis que signa
oriuntur recte: ꝛ que oblique in sphera recta: et
sic cũ dicit semp maior ps orit de quarta zodia
ci ꝛc̃ intendit dicere q oĩa tria signa pme quar
te scꝫ aries/ taurus/ gemini ꝛ sua opposita i ter
tia quarta q̃ sunt libra scorpi⁹ ꝛ sagittari⁹ oriũt
obliq qd tñ falsum est sm oẽs tabulas. pña tꝫ
per diffinitionem ortus obliqui. similiter cum
dicit q semp maior ps orit de quarta parte eq-
noctialis itendit dicere q oĩa tria signa secũde

quarte scʒ cācer leo virgo z sua opposita in vltima quarta que sunt capricornus aquarius et pisces oriūtur recte in sphera recta quod etiam falsum est. tenet ꝯña per diffinitionē ortus recti esset eīn bene fatu⁹ qui aliquid se ꝓmitteret facturū: z postea nichil facere vellet c/ū bene posset credimus aūt hūc autorē promissum illud.s. sequitur de ortu z occasu signoꝝ prout sumunt astronomi implere voluisse que scʒ signa recte z que oblique oriūtur declarādo. Et item qꝛ modus loquēdi illius glose eundū defectū videtur habere quē z modus loquēdi textus si glosa illa est ad ꝓpositū: sicut et in ꝓposito ꝑ hoc ꝙ dr semper maior pars quarte zodiaci oritur intelligim⁹ ꝙ tota illa quarta oblique oritur vt ostensum est ita per hoc qd dicitur semꝑ maior pars quarte zodiaci orta est: intelligimus ꝙ tota illa quarta oblique orta ē qd tn̄ falsuʒ est. similiter dr de alia quarta sequēte ꝙtū ad ortuʒ rectum. Insuper si textus sic itelligitur vt glosa illa declarat sequit ꝙ tā autor ꝙ glosatores ꝑdicti ex electione z certo ꝓposito veritatē occultare voluerūt (ꝙ in omni docente turpissimū viciū z ingraditudo est cōtra deū scientiaꝝ largitorē) nō eīn oportet ꝯmētationes a deo esse auctoribus obsequiosas vt potius velimus veritatē occultare ꝙ auctoribus contradicere. z vt ꝓpōnem vnius doctoris non irrefragabilis saluemus: a veritate declinemus ꝙ aperire pulchrū esse. vñ z prestātissimus ille humanaꝝ sciētiarū monarcha Aristoteles viciū hoc in lumine naturali detestandū censuit: cū in primo ethicorum potius charissimo ꝑceptori ꝙ veritati contra veniēdū dictauit. Scʒ ꝯña ꝓbatur: quia ꝓpterea dicūt isti loquendū esse per verbū ꝑteriti temporis: ꝙ in quanbet parte illius tēporis intermediꝫ z illius quarte verū est dicere ꝙ maior pars zodiaci orta est cōputatione a principio quarte facta. hoc autē est palam veritatē occultare. nā cū doceri deberet ortus seu ascēsio cuiuslibet partis illi⁹ quarte seorsum diuisim z determinate isti ortū vnius partis cū ortu alterius implicant semꝑ a principio quarte computationē faciēdo. z sic non poterit determinate videri ascēsio huius signi vel illius quod tamē maxime debet īquiri in hac materia quā auctor aperiendā policitus est. z hoc semper omnes astrologi scire conati sunt. vnde z nos hoc viciū fugere curantes in hoc nostro cōmentario potius aliqualē prolixitatem ꝙ breuitatē obscurā acceptare volum⁹ quatinus textū autoris pro intelligentie nostra modulo in omnibus partibus enuclearemus: nihilꝙ pertinēs si nobis tamē occurrerit dimitterem⁹. Idem etiā dicere oportebit circa tertiā regulam ortus z occasus signoꝝ in sphera obliqua vbi idem modus erroris planius reperitur vt ibi apparebit. ¶ Textus. Et notandū. dicit de occasu signoꝝ in sphera recta: z est vnica regula facilis ꝙ vnū quodꝙ signorum zodiaci ī sphera recta quō oritur eo modo occidit. z ꝙtā habet ascensionem tantam habet precise descēsionem vel occasum. Quot aūt gradus in sphera recta cū quolibet signo oriantur aut occidāt ex sequenti tabula deprehenditur.

Scdarō

tertia rō

¶ Tabula ortus z occasus signoꝝ in sphera recta per gradus z minuta equinoctialis.

Nomina	gra.	mi	Nomina
Aries	27.	54	Pisces
Taurus	29	54	Aquarius
Gemini	32	12	Capricornus
Cancer	32	12	Sagittarius
Leo	29	54	Scorpius
Virgo	27	57	Libra

¶ Tabula ortus z occasus signorum in sphera recta per horas z minuta equinoctialis.

Nomina	ho.	mi	Nomina
Aries	1.	52	Pisces
Taurus	1.	59	Aquarius
Gemini	2.	5	Capricornus
Cancer	2.	5	Sagittarius
Leo	1.	59	Scorpius
Virgo	1.	52	Libra

In sphera aūt obliqua siue decliui septētrionali sūt etiā tres regule ascensionum signorum. Prima est ꝙ in sphera ista due medietates zodiaci inchoate a duobus pūctis eq̄noctialibus: adequātur adinuicē z cū medietatibus equinoctialis sibi cōterminatis ī suis ascensiōibus. qꝛ quantum tēporis consumit vna illarum medietatum in suo ortu: in tanto tēpore alia medietas zodiaci z etiam medietas equinoctialis sibi cōterminalis orit. Partes aūt illarum medietatū variantur. qꝛ nec ad inuicem neꝙ cū partibus equinoctialis eis correspondētibus habēt equales ascensiones vt iā patebit. Secunda regula ꝙ quilibet duo arcus zodiaci eq̄les z equaliter distātes ab alterutro punctorum equinoctialium equales habet ascēsiones.

Prima regula

Secūda regula.

Tertia regula est ꝙ signa equidistantia puncto equinoctij vernalis inter principia capricorni et cancri oriuntur oblique sed signa equidistantia puncto equinoctij autūpnalis inter eadem ꝑncipia cācri z capricorni oriuntur recte in sphera obliquo.

Tertia regula.

Notādū etiā ꝙ signum quod recte orit obliq̄ occidit: z quod oblique oritur recte occidit ī sphera obliqua Itē sciendū ꝙ quāto polus mūdi arctic⁹ magis eleuatur supra orizontem et regio aliqua septētrionalior ē: tanto magis oblique oriuntur signa oblique orientia tantoꝙ

notabile

Cōparatio sphere recte ⁊ oblique.

magis recte signa recte oriētia in sphera obliqua. Et ascensiões sex signorum que sunt a principio capricorni per arietem vsq3 in finem geminorum in sphera obliqua minores sunt ascensionibus eorundem in sphera recta. Sed ascensiones sex signorum que sunt a pricipio cācri per libram vsq3 in finem sagittarij in sphera obliqua maiores sunt q̄3 in recta et q̄ntum iste crescunt: tantum ille decrescunt et econtra.

Correl.

¶ Et ex hoc patet q duo arc⁹ zodiaci equales et oppositi in sphera decliui habent ascensiones suas iunctas equales ascensionibus eorundē in sphera recta simul sumptis. cum enim arcus inter se sint equales: quanta est diminutio ex vna parte tanta est additio ex altera. ⁊ sic patet adequatio. Ortus autem ⁊ occasus signorū i sphera obliqua australi penitus opposito modo eisdem in sphera obliqua septētrionali contingūt.

De sphera obliq̄ australi.

¶ In hac parte auctor dicit de ortu ⁊ occasu signorum in orizonte obliquo. ⁊ primo quo ad regiones septētrionales. scd̄o quo ad regiões australes ibi. Ortus aūt ⁊ occasus. circa primum duo facit. primo dicit de ortu et occasu signorū in sphera obliqua septētrionali. scd̄o comparat ea ad ortū ⁊ occasum signoꝝ in sphera recta ibi ⁊ ascensiones. sed q2 orizontes obliqui varij sūt ⁊ pene infiniti: ideo primo dicit de ortu ⁊ occasu signorum in sphera obliqua septētrionali cōiter ⁊ quo ad se totā. scd̄o descēdit in speciali ad diuersas eius habitatiões ibi. itē sciēdū. Quātū ad primū sic p̄cedit q2 prio ponit regulas ascensionum vl' ortuum signorum in sphera obliqua scd̄o addit vnicā regulā de occasu eoꝝ ī eadem sphera ibi. notandū etiā. Quantū ad primū ponuntur tres regule ascensionū signoꝝ in sphera obliqua. prima regula habet duas partes. Prima est q in orizōte obliquo due medietates zodiaci diuise per colurū equinoctialem in duob⁹ eq̄noctijs habēt adinuicem equales ascensiões ⁊ cum qualibet illarum. 180. grad⁹ equinoctialis ascendunt qui duodecim horis equiualēt. et nō modo dicte medietates zodiaci adequantur in suis ascēsionibus: verū etiā quelibet dictarū medietatū zodiaci cum medietate equinoctialis sibi conterminata habet equales ascēsiones: q2 simul incipiunt oriri et simul peroriuntur. Secunda pars huius regule est q q̄uis dicte medietates zodiaci secūdum se totas inuicem ⁊ cū medietatibus equinoctialis equent̄ in suis ascēsionibus: partes tamen illarum medietatū variantur neq3 habent equales ascensiones. q2 nō quelibet pars vni⁹ dictarum medietatū zodiaci magna vel parua habet equalē ascensionē cū qualibet alia parte sibi equali in eadē vel in alia medietate zodiaci aut equinoctialis. verbigratia aries quod ē p̄mū signū p̄ie medietatis nō habet equalem ortum cū tauro geminis vl' cancro aut alijs que sunt partes sibi equales in eadem medietate: nec cum libra scorpiōe aut alijs que sūt etiam sibi equalia in alia medietate. Et itē simul incipiunt oriri medietas zodiaci ⁊ medietas equinoctialis. ⁊ tamē quando ortum est vnum signum zodiaci nō precise ortum est vnū de equinoctiali. sed q̄nq3 plus / quādoq3 minus. similiter nec q̄n duo signa zodiaci orta sūt etiā duo signa precise de medietate equinoctialis sibi conterminali. ⁊ tamen tota medietas zodiaci simul incipit ⁊ simul desinit oriri cū tota medietate equinoctialis. Cuius etiam diuersitatis ascēsionum causa est diuersitas angulorum partium zodiaci cū orizonte obliquo. vñ in quibusdam partibus alicuius medietatis zodiaci anguli sunt maiores ⁊ rectiores et ibi maior pars equinoctialis ascēdit. In alijs autem partibus eiusdem medietatis fiūt anguli minores ⁊ obliquiores ⁊ tūc maior pars zodiaci q̄3 equinoctialis oritur. vnde quandoq3 medietas zodiaci excedit medietatē equinoctialis in suo ortu. q̄nq3 vero excedit̄ ab ea: ⁊ sic apparet q possibilis est adequatio totius medietatis zodiaci ad totam medietatē equinoctialis: licet partes multipliciter varientur: quia quod acquiritur in principio perditur ī fine. ¶ Tex. Scd̄a regula. ponit̄ secunda regula que ascensiones diuersarū partium zodiaci q̄ntum potest ad equalitatem reducit et est talis q quilibet duo arc⁹ zodiaci equales ⁊ equaliter distantes ab aliquo punctorum equinoctialium equales habēt ascensiones. que quidem regula de partibus eq̄distantibus eidē puncto equinoctiali solum intelligenda est sicut se habent pisces ⁊ aries / aquarius ⁊ taurus / capricornus ⁊ gemini / respectu eq̄noctij vernalis. similiter virgo ⁊ libra / leo et scorpius / cancer et sagittari⁹ / respectu equinoctij autūpnalis. ⁊ adhuc in dictis partibus zodiaci non est intelligēda regula cū precisione sed addita particula fere / in aliquibus enim reperitur differētia s̄m tabulas toletanas. licet iohannes de monte regio in suis tabulis directionum hanc regulam precise accipiat. ¶ Tex. Tertia regula. hec tertia regula est determinatiua secūde. licet enim signa eq̄distantia duobus eq̄noctijs modo dicto habeant eq̄les ascensiones: tamen est differētia. q2 signa equidistantia eq̄noctio vernali que sūt inter principia capricorni et cancri s̄m successionē signorum procedendo. sc3 pisces ⁊ aries / aquarius et taurus / capricornus et gemini oriuntur oblique in orizonte obliquo et cum quolibet eorum pauciores q̄3. 30. gradus eq̄noctialis ascendunt. Alia vero sex signa eq̄distantia eq̄noctio autūpnali q̄ sunt inter principia cācri ⁊ capricorni s̄m successionem signorum: scilicet virgo ⁊ libra / leo ⁊ scorpius / cancer ⁊ sagittarius oriūtur recte in orizōte obliquo et cum quolibet eorum pluris q̄3. 30. gradus equinoctialis ascendunt.
¶ Notandū q nō est sic intelligenda ista regula q in qual3 parte sphere oblique septētrionali cū quolibet illoꝝ sex signoꝝ primoꝝ ascēdant pauciores q̄3 30. gradus eq̄noctialis. ⁊ cū quol3 illorum. 6. signoru3 oppositorum plures q̄3. 30. q2 hoc ante mediū primi climatis fallit in his quattuor: capricornus: gemini: virgo: et libra: vt apparebit ī tabula. cu eñ p̄ma duo signa sub eq̄noctiali habitantibus ascendant recte (quia

cũ quolƺ eoꝝ oriũtur.32.gradus equinoctialis) nõ est possibile ꝙ parua mutatione zenith ꝛ orizontis facta tm̃ diminuãtur sue ascensiones vt oblique oriãtur scƺ habitãtib⁹ ꝓpe equinoctialem ꝑ tres aut quattuor gradus. similiter intelligẽdũ ꝙ nõ potuerunt tm̃ crescere ascensiones alioꝝ duoꝝ vt que prius oriebantur obliqua statim oriren̄t recta: sed ꝑ tãto dicun̄t prima duo oblique oriri in sphera obliqua septẽtrionali tota q: cõtinue eoꝝ ascensiones diminuũt. aliorum vero duorum ascensiones continue crescunt: et ideo dicũtur recte oriri in tota sphera obliqua. ¶ Notandũ ꝙ etiam circa istã tertiã regulam autor multũ extranee a sententia ꝛ ꝟitate astrologica locutus est. dicit enĩ ꝙ oĩa illa sex signa que sunt a principio arietis per cancrũ vsqƺ ad fine virginis in sphera obliqua oblique oriũtur quia in illa semꝑ maior pars zodiaci ꝗ̃ equinoctialis ascendit. Alia vero sex signa opposita a principio libre per capricornũ vsqƺ in fine pisciũ oriũtur recte in eadẽ sphera: quia in oĩbus illis semper maior pars equinoctialis ꝗ̃ zodiaci ascendit que tñ ẽm tabulas ascensionum et astrolabiũ falsa sũt. Et in hoc etiã manifeste ꝯtradicit sibiipsi ꝗ̃tũ ad scdãm et tertiã regulas: quia per scdãm regulã pisces et aries habẽt equales ascensiones. similiter aquarius ꝛ taurus/ et capricornus/ et gemini. sed per tertiam regulã suã capricornus/ aquarius et pisces oriuntur recta: aries aũt taurus ꝛ gemini obliqua: et sicnõ adequantur in suis ascensionibus. Item contradicit sibiipsi hic ꝛ infra in secunda parte huius capituli. nã ẽm eum hic cancer leo et virgo obliq̃ oriũtur: sed infra in secũda parte huius capituli dicit ꝙ illa sex signa que sunt a principio cancri per librã vsqƺ ad finẽ sagittarij dicũtur recte oriri in sphera obliqua: nec argumẽtationẽ quã format recte soluit. nec instantia quã affert vera est. nec glosa quorundã in hoc loco sicut etiã in superiori cõueniens est: sed multum ꝑter propositũ et magis occultat ꝗ̃ declarat veritatem oportuit igitur textum eius mutari et regulam aliã apponi ꝯformiter ad tabulas ascensionũ et ad instrumẽta astrologica q̃lis dicta ẽ. ¶ Tex. Notandũ etiã. Ponit vnicã regulã de occasu signoꝝ in sphera obliqua q̃ facilis est. scƺ ꝙ oẽ signũ in orizonte obliquo recte oriẽs oblique occidit: ꝛ ecõtra ꝙ oblique oritur recte occidit: cuius causa in ꝓmptu est quia ĩ sphera obliqua vt diximus signa opposita oppositas habent ascẽsiones penes rectum ꝛ obliquũ. cum igiẽ ascensio vel ort⁹ vnius signi sit ꝑcise occasus sui oppositi (q: simul incipiunt ꝛ desinunt oriri aut occidere ẽm regulam Ptholemei primo capitulo supra positã) sequitur necessario ꝙ oẽ signũ oppositum hƺ occasum suo ortui. ¶ Text⁹. Itẽ sciendũ. dicit de ortu ꝛ occasu signorum in diuersis partibus spere oblique septẽtrionalis. dictũ est enĩ q̃ signa oriun̄t recte ꝛ que oblique ĩ sphera obliqua septẽtrionali quecũqƺ sit illa. nũc dicit ꝙ iste ascensiones siue oblique siue recte ĩ diuersis partibus sphere oblique diuerse sunt ꝛ in aliquibus maiores: in aliquibus vero minores sed regula est ꝙ quanto aliqua regio magis distat ab eq̃noctiali: magisqƺ accedit ad polum arcticum: ꝛ super eius orizontem polus mũdi magis eleuatur: tanto magis oblique oriuntur sex signa oblique orientia in sphera obliqua: et tanto magis recte oriũtur sex signa recte orientia in eadem sphera. verbigratia ascensiones signi arietis in primo climate ad mediũ eius sunt fere. 25. gradus equinoctialis. sed in medio secundi climatis iam nõ sunt nisi 23. grad⁹ fere ĩ medio autem septimi climatis vix sunt. 15. gradus Item ascẽsiones signi licet in ꝑmo climate sũt fere 31. gradus. sed in secundo climate iam sunt fere. 33. grad⁹ in medio aũt septimi climatis sũt fere. 41. gradus equinoctialis quot autem gradus equinoctialis cum quolƺ signo in quolƺ climate oriantur ex sequenti tabula depᵱhendetur. ¶ Tex. Et ascẽsiones. cõparat ortũ et occasũ signoꝝ in sphera obliqua ad ortũ ꝛ occasum corũdem in sphera recta: ꝛ infert vnum correlariũ ad maiorem declarationẽ ibi. Et ex hoc ptƺ cõparatio talis est ꝙ sex signa oblique orientia in sphera obliqua minores habent ascensiones in orizonte obliquo ꝗ̃ habent in orizonte recto: et ecõtra sex signa directe oriẽtia hñt maiores ascẽsiões in sphera obliqua ꝗ̃ hebebãt in recta. v. g. ascensiones arietis in sphera recta erãt fere. 28. gradus equinoctialis: sed in quocunqƺ climate sphere oblique sunt pauciores. similiter ascẽsiones libre in sphera recta erẽt. 28. gradus. sed in quolƺ climate sphere obliq̃ sunt plures. Ex hac comparatione infertur ꝙ aliqua signa oriebantur recte aut equaliter ĩ sphera recta q̃ ꝓpter dictam diminutionem oriũtur oblique in sphera obliqua sicut sũt taurus ꝛ gemini: capricornus ꝛ aquarius. Et itẽ aliqua signa oriebantur oblique aut equaliter in sphera recta que propter dictum ascensionum cremẽtum oriuntur recte in sphera obliqua sicut sunt leo/ virgo/ libra/ ꝛ scorpius. augmẽtatio tñ ꝛ diminutio harũ ascensionũ sphere oblique super spherã rectam fiunt omnino equaliter q: ꝗ̃tũ minuitur ex ascẽsione vni⁹ signi tantum augetur in ascẽsione sui oppositi. Hic tñ autor iste multũ errauit cũ dixit ꝙ arc⁹ succedẽtes arieti vsqƺ in finem virginis minuũt ascẽsiones suas in sphera obliqua suꝑ ascensiones eorundẽ in sphera recta ꝛ ecõtra;. arcus succedẽtes libre vsqƺ in finẽ pisciũ augent eas. nec aliquo modo potest hic error colorari quicquid dicant oẽs eius cõmentatores: sed hoc est manifeste falsum: et cõtra oẽs astrologos ideo hic etiã textũ autoris dimisimus. ¶ Notãdum ꝙ preter hanc est alia dr̃a inter ortũ ꝛ occasum signoꝝ ĩ sphera recta ꝛ obliqua: q: signa oblique orientia in sphera recta nõ oĩa simul et cõtinua sunt: sed in oppositis partibus zodiaci scƺ duo circa equinoctium vernale: ꝛ duo circa equinoctium autũpnale. similiter se hƺ de signis recte oriẽtibus: sed in sphera obliqua oĩa signa recte oriẽtia sibi continua sunt: scƺ a principio cancri per librã vsqƺ in finem sagittarij. similiter signa oblique oriẽtia oĩa simul sũt in sphera obliqua scƺ a principio capricorni ꝑ arietẽ vsqƺ in finẽ geminoꝝ. ꝛ hoc ꝑ materia de diuersitate dierum ꝛ noctiũ vtile erit. ¶ Tex. Et ex hoc pƺ. Infert correlariũ ad ꝓdictoꝝ maiorẽ declarationẽ tale ꝙ si accipiantur due partes zodiaci equales et opposite in sphera obliqua scƺ duo signa opposita: ascensiões illoꝝ simul sumpte sunt precise

equales ascensionibus eorundē in sphera recta simul sumptis. verbigrā. aries ꝛ libra sūt signa opposita in zodiaco: et ascensiones eorum in primo climate. s. 24. gradus 33. minuta ꝛ 3. gradꝰ 15. minuta simul sumpte sūt. 55 gradꝰ ꝛ. 48. minuta eqnoctialis ꝛ totidē gradꝰ sunt ascensiões eorundem simul iuncte in sphera recta vt patet ex sua tabula. s. 27. gradꝰ ꝛ 54. minuta ꝑ quolibet illorum. Similiter ascēsiones istoꝝ signorūꝰ in quolꝫ alio climate simul sumpte sūt ꝑcise tot gradꝰ eqnoctialis sicut in sphera recta. ꝛ huius causa est q: vt supra diximus q̄ntū diminuitur ex ascēsione vnius signi tm̄ additur in ascēsione sui oppositi ꝛ sic pꝫ adequatio. ¶ Textꝰ. Ortus autē. Determinat breuiter de ortu ꝛ occasu signorum in sphera obliqua australi scꝫ vltra equinoctialem: dicēs q̄ opposito modo oriūtur et occidunt signa in illa regione q̄̄ in nostra septentrionali de qua huc vsq; sermonē fecimꝰ. quia scilicet sex signa que in nostra habitatione oriuntur recta in illa oriuntur obliqua. et econtra que nobis oblique illis recta oriuntur. Igitur de singulis regulis supradictis pro sphera obliqua septentrionali ꝛ etiam dicendis in secūda parte non eodem mō est sentiēdum pro sphera obliqua australi.

¶ Tabula ortus et occasus signoꝝ in sphera obliqua septētrionali ꝑ gradꝰus ꝛ minuta eqnoctialis.

Nota	Aries	Taurꝰ	Gemini	Cancer	Leo	Virgo	Libra	scorpiꝰ	sagitta.	Capri.	Aquari	Pisces.
	gra. mi.	gra. mi.	gra. mi.	gra. mi.	gra. mi.	gra. mi.	gra. mi.	gra. mi.	gra. mi.	gra. mi.	gra. mi.	gra. mi.
1. cli.	24 33	27 12	31 5	33 19	32 36	31 15	31 15	32 36	33 9	31 5	27 12	24 33
2. cli.	22 38	25 37	30 27	33 57	34 11	33 10	33 10	34 11	33 57	30 27	25 37	22 38
3. cli.	21 1	24 16	19 53	34 31	35 34	34 47	34 47	35 34	34 31	29 53	24 16	21 1
4. cli.	19 16	22 47	29 14	35 10	37 1	36 32	36 32	37 1	35 10	29 14	22 47	19 18
5. cli.	17 36	21 19	28 35	35 49	38 29	38 12	38 12	38 29	35 49	28 35	21 19	17 36
6. cli.	16 10	19 54	27 57	36 27	39 54	39 48	39 48	39 54	36 27	27 57	13 54	16 0
7. cli.	14 32	18 33	27 18	37 6	41 15	41 16	41 16	41 15	37 6	27 18	18 33	14 32
8. cli.	12 48	16 54	26 29	37 55	42 54	43 0	43 0	42 54	37 55	26 29	16 54	12 48

Ad media climatum

¶ Tabula eadem per horas ꝛ minuta equinoctialis

Nota	Aries	Taurꝰ	Gemini	Cancer	Leo	Virgo	Libra	scorpiꝰ	sagitta.	Capri.	aquarius.	Pisces
	ho. mi.	ho. mi.	ho. mi.	ho. mi.	ho. mi.	ho. mi.	ho. mi.	ho. mi.	ho. mi.	ho. mi.	ho. mi.	ho. mi.
1. cli.	1 38	1 49	2 4	2 13	2 10	2 5	2 5	2 10	2 15	2 4	1 49	1 38
2. cli.	1 31	1 42	2 2	2 16	2 17	2 13	1 13	2 17	2 16	2 2	1 42	1 31
3. cli.	1 24	1 37	2 0	2 18	2 22	2 19	2 19	2 22	2 18	2 0	1 37	1 24
4. cli.	1 17	1 31	1 57	2 21	2 28	2 26	2 26	2 28	2 21	1 57	1 31	1 17
5. cli.	1 11	1 25	1 54	2 23	2 34	2 33	2 33	2 34	2 23	1 54	1 25	11 11
6. cli.	1 4	1 21	1 52	2 26	2 40	2 39	2 39	2 40	2 26	1 52	1 [illegible]	1 4
7. cli.	0 58	1 14	1 49	2 28	2 45	2 45	2 45	2 45	2 28	1 49	1 14	0 58
8. cli.	0 51	1 8	1 46	2 32	2 52	2 52	2 52	2 52	2 32	1 46	1 8	0 51

Ad media climatum

¶ Ad cognoscendū qualibet hora diei signum ꝛ gradum ascendentē scias primo in quo signo et gradu sit sol hoc mō. vide in quo mense es: et quota die mensis introiuit sol signum illud sm̄ ea q̄ dicta sunt supra in capitulo scđo ꝛ ꝑ quolꝫ die sequēte ꝯputa vnum gradū ꝛ sic habebis in die pn̄ti in quo gradu illius signi sit sol. Deinde scias quota hora post meridiem aut post mediā noctē sol orit̄ aut occidit ꝑut docebit̄ infra ī fine scđe ꝑtis seq̄ntis. Scias tertio signa sex q̄ illa die vel nocte oriunt̄: ꝛ scias ascēsionem cuiuslibet eoꝝ ꝑ gradꝰ eqnoctialis aut ꝑ horas ꝛ minuta ī tuo climate sm̄ tabulā supradictā. Deinde videas quot hore et minuta horarū preterierunt post ortū vel occasum solis vsq; ad tēpus tuum ꝛ quot ascensiones signorum requirūtur pro illis horis ꝛ minutis computando. s. 15 gradus equinoctialis pro vna hora et quēlibet gradum pro. 4. minutis hore ꝛ sic habebis signum et gradum ascendentem ad tempus tuū. Verbi gratia. anno dn̄i. 1496 quintadecima die augusti hora decima ante meridiana volo scire gradum zodiaci ascēdentem in medio quinti climatis vbi maior ps hyspanie et italie sita est: et inuenio solem in fine primi gragus virginis quia die precedēte sol intrauerat signū illud. Sex autem signa q̄ tali die oriūtur post solem sunt hec. virgo/libra/scorpius/sagittarius/capricornus/aquarius/ꝛ primus gradus piscium. sol autem ortus est illa die hora q̄nta completa cū vna tertia ꝑte alterius hore. restāt ergo vsq; ad horam decimā ꝓpositam. 4. hore cū duabꝰ tertijs. intra ergo tabulam ortus ꝛ occasus signoꝝ ad medium quinti climatis et incipe computationē ascēsionum a principeo secundi gradus virginis et accipe tot ascensiões quousq; ꝯpleantur. 4. hore cū duabus tertijs. ꝛ pꝫ ibi q̄ vsq; ad finē virginis erunt due hore cum. 28. minutis. quibus succedunt ascēsiones totius libre que sunt 2. hore ꝛ. 33. minuta de q̄bus dimittenda sunt. 21 minuta q: excedūt tps ꝓpositū: ꝛ illa sunt ascēsiones fere. 4. graduū vltimorū libre. sic igit̄ tēpore ꝓposito erat ascēdēs 26 gradus libre.

¶ Reuerendissimi domini Petri de aliaco cardinalis et episcopi Cameracensis doctorisq; celebratissimi questio prima.

Queritur primo circa tertiũ capitulũ vtrũ ista ꝯña seu argumẽtatio auctoris valeat. isti duo arc⁹ sunt eq̃les ⁊ simul incipiunt oriri: ⁊ sꝑ maior ps orit̃ de vno q̃ de alio. ergo ille arc⁹ citi⁹ ponet̃: cuius sꝑ pars maior oriebat̃. Et arguit̃ pr̃io q sit bona quia añs illi⁹ ꝯñe nõ stat in ṽitate sine ꝯñte igit̃ ꝯña bona. Poat̃ añs ⁊ ponat̃ q arcus a sit eq̃lis arcui b. cui⁹ arcus a sꝑ maior ps orit̃ q̃ arc⁹ b. ponatur vltra q eque cito sicut aliqua ps q̃tũcunq̃ mod ca arcus a orit̃ sup orizontẽ ãnihiletur. ⁊ ita etiã de arcu b. tũc ex quo arcus a ⁊ b sũt eq̃les ⁊ semper maior pars arcus a orit̃ q̃ arc⁹ b. sequit̃ q semꝑ maior pars de a ãnihilat̃ q̃ de arcu b. ⁊ per ꝯñs arcus a cui⁹ ãnichilabitur q̃ arcus b. Et vltra sequitur cũ idẽ sit de ortu et annichilatione q arcus a prius erit ꝯpletus q̃ arcus b. Sed aliq̃s diceret q ibi supponit̃ vnũ impossibile. s. q arcus celi annichilaretur. Dicit̃ q hoc nõ vz: q: non implicat ꝯtradictionem nec repugnat ymaginatiõi: et patet ex alio q: poneret̃ loco ãnichilationis q tales partes haberẽt aliquod obstaculu. Secundo sic q: oppositũ talis ꝯñtis repugnat añti. igit̃. añs pbat̃. et ponatur q alicuius mẽsure et famose commensurabilis vtriusq; istorũ arcuum puta mensure pedalis in medietate tẽporis quo oriũtur illi duo arc⁹ plures sumãtur tales de illo arcu a q̃ de arcu b. puta. 4. de arcu a. ⁊ de arcu b. solum tres et totidẽ sumantur in secunda medietate ex quo semper maior pars orit̃ de arcu a. ⁊ sequit̃ q in fine temporis erũt. viij. tales mẽsure de arcu a. ⁊ solũ. 6. de arcu b. ⁊ per ꝯñs sunt inequales quod est oppositũ añtis. Tertio sic q: sicut est in alijs eq̃libus ita videtur esse in arcubus equalib⁹. modo sic est in alijs equalibus. puta in lineis rectis et spacijs. quod si ab eis demantur inequalia q̃ remanent sunt inequalia ꝑ animi cõceptionẽ ergo ita erit in arcubus equalibus q si ab illis demãtur partes inequales q̃ remanebũt erũt inequales ⁊ per ꝯñs citius ꝯsumet̃ arcus cuius maiores ꝑtes oriunt̃ ⁊ per ꝯñs ꝑpositũ. Quarto sic ponendo sicut prius q a sit arcus cui⁹ maior ꝑs semper oritur. ⁊ b. cuius minor pars perorit̃ vltra capiatur instans in tẽpore per quod oriũtur in quo verum est dicere q medietas arcus a orta est ⁊ sit instãs illud f. tũc sequitur q in illo instanti f. medietas ipsius b non adhuc orta est: et sic plus remanet ad oriendũ de arcu b. q̃ de arcu a. si ergo in residuo tp̃is post f. ãbo arcus sint simul porti siue equaliter sequitur q citi⁹ oriet̃ residuum ipsius b q̃ de arcu a. ❡ In oppositũ arguitur per auctorẽ in textu vbi ex inequali ascensione signoꝝ cũ equali ascẽsiõe quartacum zodiaci et eq̃noctialis cõcludit illam ꝯñam nõ valere. ❡ In q̃stione erũt duo articuli. in p̃mo erũt notabilia ⁊ suppõnes. in secũdo respondebitur ad q̃situ. ⁊ erunt dubia. ❡ Quãtum ad primum aduertendum est q signum oriri vel arcũ ascendere: seu eleuatio signi vel arc⁹ ꝓ eodẽ reputant̃. et conformiter de occasu in quo depssio signi vel arcus aut occasus idẽ sunt ❡ Secundo notandũ est q signũ oriri describit̃ sic ab auctore in textu: signũ oriri est illã partẽ eq̃noctialis oriri que oritur signo oriẽte ⁊ ascendẽte sup orizontẽ. Et illa descriptio est valde impropria q: describitur diffinitum per aliquod extrĩsecũ: aliud q ꝑ tale diffinitum importet̃: nam dato ꝙ nõ esset circulus eq̃noctialis in celo nõ min⁹ signa orirent̃. Sed quare talem descriptionem auctor dedit dupliciter solet assignari causa: p̃ma vt possint haberi regule certe de ascensionib⁹ signorum in quibuscũq; orizontibus. vnde oĩs inequalitas ab equalitate ꝓcedit: et ad eam reducitur. similiter omnis difformitas ab vniformitate mensuratur: ergo cũ ascẽsiones signorũ in zodiaco sint difformes ⁊ ascensiones equaliũ partiũ equinoctialis sunt vniformes: ideo oportuit reducere ascensiones signorũ ad ascẽsiones partiũ equinoctialis. Alia cã est: quia cũ simul oriantur signa: auctor ãbas ascẽsiones sub vna descriptiõe ꝯprehẽdit. ❡ Tertio notandũ est ⁊ supponẽdũ q signa zodiaci difformiter oriũtur ⁊ in sphera recta ⁊ obliqua: eq̃noctialis aut vniformiter oritur. Cã primi potest triplex assignari. prima ex obliquitate zodiaci. secũda assignatur in sphera obliqua ex obliquitate orizontis. tertia assignatur ex difformitate motus signorũ in zodiaco octaue sphere ꝑpter motũ accessus ⁊ recessus. ❡ Quarto notandum est q hic loquẽdum est de equinoctiali prout est quedã circũferentia circuli eque distantis a polis mundi ⁊ melius de equinoctiali in nona sphera q̃ in octaua q: in nona equinoctialis est inuariabilis. sz in octaua est variabilis ꝑpter motũ accessus ⁊ recessus. Quinto notãdũ est q auctor illud correlariũ de quo querit q̃stio principaliter ponit ꝑpter duos arcus q̃ sũt due quarte equinoctialis ⁊ zodiaci. Pro quo est aduertendum q plus oriri de quarta zodiaci q̃ de quarta equinoctialis dupliciter põt itelligi. primo mõ q̃tũ adesse ortũ ita q semꝑ maior pars sit orta de arcu zodiaci q̃ de arcu equinoctialis. Alio modo q̃tũ ad oriendũ. vñ primo mõ verũ est illud qḋ dicit auctor. scḋo mõ falsũ est ⁊ illud manifeste pz in vltima rõne ante oppositũ. ❡ Tunc ponunt̃ due suppõnes. prima est q si circulus maior in sphera supra aliũ circulũ maiorẽ fuerit iclinat⁹: fuerintq; ex qualibet quarta circuli inclinati (cui⁹ principiũ ẽ alterutra sectionũ) duo arcus equales ꝯtinui separati: tũc arcus circuloꝝ maiorũ a polo alterius per extremitates duoꝝ arcuũ in ipsi⁹ circũferẽtiã descẽdẽtes: ex ipsa circũferẽtia arc⁹ ineq̃les abscindũt quorũ q̃ remotior est a sectiõe maior est: ⁊ q̃ ꝓpinq̄or est a sectiõi minor ẽ. ista suppõ ẽ quarta ꝯclusio Theodosij in libro de spheris ⁊ istam demõstrat Campanus ⁊ dicit q ex illa suppõne seq̃tur q de equatore. s. de eq̃noctiali plus oritur cũ geminis q̃ cũ tauro ⁊ plus cũ tauro q̃ cũ ariete ❡ Secũda suppõ est q si super maiorẽ circulũ in sphera cõtingentẽ aliquos duos eq̃distantes fuerit alter circulus maior eq̃distans ab illis duobus inclinatus: fueritq; ex illo primo circulo maiori duoꝝ arcus equales post locũ ꝯtactus: tunc alij duo circuli maiores per extremitates illoꝝ arcuũ duorũ transeũtes ex scḋo circulo maiori inequales arcus abscindũt: quoꝝ q̃ ꝓpinquior est prio maior est. Ista suppõ est sexta ꝯclusio Theodosij in libro de spheris nõ tñ in forma tñ satis ꝓpe. Et hec de primo articulo. ❡ Quantũ ad scḋm

Prim⁹ articul⁹. Descriptio ort⁹ ⁊ occas⁹ signoꝝ quõ itelligẽda sit

Aliter ascẽdit zodiacus ⁊ aliter eq̃noctial'

Duplex sensus q̃stionis.

Prima suppõ

Scḋa suppõ

Secũd9 articul9. Prima pclusio.

sit hec prima conclusio. oĩs pũctus eq̃noctialis in quolibet orizonte in quo equinoctialis oritur pa post partẽ vniformiter orif: ita q equales partes equinoctialis in temporib9 equalib9 sup orizontem oriuntur. Patet conclusio. qr quilz punctus celi equaliter distans a polis mundi mouetur vniformiter in equali tempore equalia spacia vera vel ymaginaria describẽdo sic est q eq̃noctialis seu quilibet punctus eius equaliter distat a polis mundi. quare sequif q quilz punct9 eq̃noctialis vniformiter mouef. et cũ talis motus sup orizontẽ sit ortus partium equinoctialis sequitur q quilibet punct9 eq̃noctialis vniformiter orif. Et sicut ponif pclusio de ortu partium eq̃noctialis cõsimilis poneref de occasu.

Secũda pclusio.

¶ Secunda pclusio est q in sphera recta signũ arietis in breuiore tpe orif q̄ taurus: et taurus q̄ gemini / ita q de quarta zodiaci q̄ est a principio arietis vsq ad finẽ geminorum signũ propinquius primo puncto arietis in breuiore tẽpore oritur: et q ab eo est remotius in longiore tpe orif: cõclusio pbatur sic. qr cum aries oritur minor pars equinoctialis orif cum eo q̄ cũ tauro. et iterũ minor cum tauro q̄ cũ geminis: q̄ cum equales partes eq̃noctialis ĩequalib9 tpib9 oriuntur p precedẽtẽ conclusionem: seq̃tur q ĩ minori tpe orif ps zodiaci ppinquior principio arietis: et p consequẽs habef conclusio vera. añs pz ex prima suppositione in primo articulo. s. sic qr eq̃noctialis est vnus magn9 circulus in sphera sup quem est alter magnus inclinatus. s. zodiacus. Sumãtur ergo de zodiaco duo arcus equales qui sunt signũ arietis et signũ tauri et sequif q duo magni circuli pcedentes a polis equinoctialis et transeuntes per extremitates illorum arcuum obscindunt de equinoctiali duos arc9 inequales: quorum ille erit maior qui erit remotior a cõi sectiõe equinoctialis et zodiaci. Et sic sequitur q minor pars de equinoctiali oritur cũ ariete q̄ cum tauro: et iterũ cum tauro q̄ cũ geminis.

Correlarium

¶ Ex ista cõclusione inferf q in sphera recta in breuiori tempore oritur libra q̄ scorpius: et in breuiori tempore scorpius q̄ sagittari9 probaretur omnino sicut precedens pclo.

Tertia pclusio.

¶ Tertia conclusio est q cancer in longiore tẽpore oritur q̄ leo: et leo q̄ virgo. ita q de quarta zodiaci q̄ est a principio cancri vsq ad finem geminorum illud signũ longiore tempore oritur qd ẽ propinquius primo puncto cancri: et in breuiore tẽpore quod est remotius. pbatur pclusio. qr maior pars oritur de equinoctiali cum cãcro q̄ cũ leone: et cum leone q̄ cum virgine. ergo conclusio vera. pña est nota ex prima conclusione. probatur añs ex scda suppositione pmi articuli: qr zodiacus est circulus maior in sphera cõtingẽs duos circulos minores eq̃distãtes. s. duos tropicos. et est alter maior circulus q̃editãs a duobus tropicis scz equinoctialis inclinat9 sup zodiacum: sumantur duo arcus equales post loca contactuum zodiaci cum tropicis scz signũ leonis et cancri. Et sequitur q circuli intersecãtes tropicos et trãseuntes p extremitates illorum arcuum abscindant de equinoctiali arcus inequales: quorum ille est maior qui propinquior est loco contactus: et sic sequitur q̄ arcus equinoctialis q̄ oritur cũ cancro est maior q̄ cum leone: et cum leone q̄ cum virgine. Ex conclusione seq̄tur q capricornus lõgiore tẽpore oritur q̄ aquarius: et aquarius q̄ pisces: pbatur sicut pcedẽs.

Correlarium.

Quarta pclusio.

¶ Quarta pclusio est q i sphera obliqua aries breuiori tpe oritur q̄ taurus: et taurus q̄ gemini pbatur sicut scda pclo.

Quinta pclusio

¶ Quinta pclo est q in sphera recta quarta zodiaci que est a pncipio arietis vsq ad finem geminorum et quarta equinoctialis cũ terminabilis in equali tempore et simul incipiunt oriri et porte sunt: pz conclusio. quia orizon est circul9 diuidens spherã in duas medietates equales sic q vna medietas sphere est super orizontem: ergo cum illa quarta zodiaci complete perorta est sic q pricipiũ arietis est in zenith capitis: et finis geminorum est in contactu orizõtis: sequitur q quarta equinoctialis secum terminabilis erit in eodem statu. consequentia tenet: quia alias medietas equinoctialis nõ esset supra orizontem quod est contra descriptionem orizontis. Et ita probatur de aliis quartis zodiaci et equinoctialis secum terminabilis.

Sexta pclusio

¶ Sexta conclusio est q semper citra finem temporis quo perorĩtur prima quarta zodiaci et quarta equinoctialis secum conterminabilis maior pars oritur de zodiaco q̄ de equinoctiali. hec conclusio sequitur expresse ex pbatione secunde conclusionis.

Septĩa pclusio

¶ Septima conclusio est q de eisdez quartis sphere circa finẽ temporis quo peroriuntur maior pars peroriunda est de equinoctiali q̄ de zodiaco. hec cõclusio sequitur ex precedẽti, quia maior pars orta est de zodiaco: et sunt equales q̄ probatio vera.

Primũ correl.

¶ Et ex omnibus istis sequuntur correlaria responsiua ad dubium. Primum est q illa consequentia seu argumentatio de qua querit questio nõ vz. patet ex conclusionibus sic: quia duo arcus qui sunt prima quarta zodiaci et quarta equinoctialis secum cõterminabilis sunt equales: et simul et in equali tempore incipiũt oriri per quintam conclusionem: et per sextam semper maior pars oritur de vno q̄ de alio. scilicet de zodiaco q̄ de equinoctiali. et tamen non citius perorĩtur vn9 arcus q̄ alter: immo simul tempore perorĩtur per quintam conclusionem.

Ponitur exemplum

Et istud potest exẽplarĩ declarari vt alibi sint due virge erecte sursum et incipiant duo luminosa simul et vniformiter ascendere super illas virgas quousq perueniant ad zenith illarum virgarum et incuruetur siue implicetur vna de illis virgis vniformiter tunc in isto casu vmbre illarum virgarum erũt equales et cõtinue plus diminuitur vmbra vni9 q̄ vmbra alterius quia habet duplicem causam diminutionis: scilicet ascensum luminosi supra et curuationem siue plectionem illi9 virge: et tamen simul in eodem instãti ille due vmbre erũt consumpte. scilicet quando luminosa peruenient ad zenith illarum virgarum.

Secũdũ correl.

Secundum correlarium illa consequentia nõ vz. s. isti duo arcus sunt equales et simul incipiunt oriri et maior ps de vno orienda est q̄ de alio: ergo ille tardi9 oritur cuius maior pars oriẽda est pz sicut precedens.

Ad rões qõnis.

¶ Ad primam negatur antecedens immo oppositum demõstratur / ad probationẽ admittitur casus, et quando dicif ex quo maior ps oritur de a / q̄ etc. conceditur: q̄ pri9 erit etc. negatur consequentia. Ad secundam etc. negatur.

ad probationem rc. admittitur casus. scilicet quod in prima medietate tēporis quattuor tales mēsure de a/ et solum tres de b/ sed quod ita fiat in secunda medietate non admitto. Ad tertiā rc. cōceditur mō sic est in equalibus rc. ꝯceditur. Et ꝯcedit̄. totum antecedēs. s. maior et minor. Et cum infertur rc. cōceditur totum nec arguit cōsequentia dicta. Ad quartam rc. admittitur casus rc. et dicitur quod illa ratio bene probat quod debet intelligi quod maior pars perorit. i. perorta est. Auctoritas post oppositum est pro dictis.

Secunda ps de diuersitate dierum et noctium.

Prima ꝯclo.

Quid dies naturalis.

Et per hec ad diuersitates dierum et noctium facilior est transitus. Unde ex predictis patet quod dies naturales sūt inequales. Est enim dies naturalis reuolutio equinoctialis circa terram semel: cū tanta zodiaci parte quantā interim sol pertrāsit motu proprio contra primum mobile. sed cum ascensiones illorum arcuum sint inequales: vt pz per predicta tam in sphera recta q̄z in obliqua: et penes additamenta illarum ascensionum considerentur dies naturales: illi de necessitate erunt inequales. in sphera recta propter vnicam causam scilicet propter obliquitatem zodiaci in sphera vero obliqua propter duas causas: scilicet propter obliquitatem zodiaci et obliq̄tatem orizontis obliqui. tertia solet assignari cā. s. eccētricitas circuli solis: ex qua irregularitas veri motus solis in zodiaco contingit vt postea patebit.

Notabile.

Unde notandum quod duplex est motus solis. vnus quo rapitur a primo mobili quotidie circa terram semel. alius est motus ei proprius ab occidente in orientem per zodiacum. ex quo prouenit quod cum primum mobile est consolutum tunc in principio sequentis diei non est sol in eodem puncto zodiaci: sed processit fere vno gradu.

Secūda ꝯclo.

Ex dictis etiam seq̄tur dies artificiales similiter et noctes in anno diuersificari. Est autē dies artificialis presentia solis super nostrū orizontem: nox vero vmbra terre solisq̄ absentia.

Notādū

Unde notandum quod vt dictū est quattuor signa continua duobus equinoctijs oriuntur obliqua quattuor vero continua duobus solstitijs oriuntur recta. quattuor autem intermedia oriuntur equalia in sphera recta. Sex signa que sūt a principio cancri per libram vsq̄ in finem sagittarij dicuntur recte oriri in sphera obliqua. opposita vero signa que scilicet sunt a principio capricorni per arietem vsq̄ in finem geminorū oblique oriuntur in eadem sphera. vnde Uirgilius. Recta meant obliqua cadunt a sydere cancri. Donec finitur chiron. sed cetera signa nascuntur prono: descendunt tramite recto. Et sic existentibus sub equinoctiali cum totidē signa quolibet die anni recte quot oblique de die oriātur: similiter et de nocte sem per est eis equinoctium. Et quando ē nobis maxima dies i estate/ et minima nox scilicet sole existēte in pricipio cancri: tunc oriūtur de die sex signa recte oriētia de nocte autem sex oblique. E conuerso quando nobis est minimus dies et maxima nox scilicet sole existēte in principio capricorni. tunc de die oriuntur sex signa oblique oriētia de nocte v̄o sex directe. Qñ autē nobis est equinoctium scilicet sole existēte in principijs arietis et libre: tunc de die oriuntur tria signa recte orientia: et tria oblique et de nocte similiter. In omnibus autem alijs diebus anni quando sol est in latere equinoctialis: vel ex parte septētrionali/ vel ex parte australi: maiorantur vel minorantur dies vel noctes s̄m quod plura vel pauciora signa directe vel oblique orientia de die vel de nocte oriuntur. Est enim regula tam dicta quantūcunq̄ breuis vel prolixa sit dies vel nox: sex signa zodiaci oriūt̄ de die et sex de nocte: nec propt̄ prolixitatē vel breuitatem diei vel noctis plura vel pauciora signa oriuntur. Et ex hijs colligitur quod cum hora naturalis sit fere spacium temporis in quo medietas signi perorit̄ur: in quolibet die artificiali similiter et in nocte sunt duodecim hore naturales.

De hijs q̄ habent spheram rectam

De die maxima

De die minima.

De diebus equinoctialibus.

De alijs diebus anni.

Regula optima

Correl. Quid hora naturalis.

¶ Hec est secunda pars principalis huius capituli de diuersitate dierum et noctium scilicet de causa crementi et decrementi ipsorum. habet duas particulas. prima est de diuersitate dierū naturalium: secunda de diuersitate dierum et noctium artificialium ibi. ex dictis etiā. prima prticula adhuc diuiditur. quia primo ponit et ꝓbat quandam conclusionem. secundo adiūgit quoddam notabile ad illius declarationem ibi. et notandum. Conclusio ergo quam probat est quod licet om̄es dies naturales habeant. 24. horas nō tamen omnes sunt equales sed aliqui prolixiores alijs. Probatur hec conclusio sic. dies naturalis est vna reuolutio primi mobilis vel eq̄nnoctialis circuli cum certa zodiaci parte (quam scilicet sol motu proprio contra primum mobile interim pertrāsit) id est dies naturalis est spacium temporis quo circulus equinoctialis vnā facit reuolutionem circa terrā et vltra hoc ascēdit illa pars zodiaci quam sol iterum scilicet dū fit illa reuolutio motu proprio pertransiuit. sed illa portio a sole pertransita nō quotidie habet equales ascensiones/ nec semper equali tempore oritur. additio aūt illius ascēsionis super reuolutionem primi mobilis requiritur ad complementum diei naturalis: ergo nō omnes dies naturales sunt equales sz aliq̄ sunt maiores alijs.

Maior supponitur vera ⁊ quo ad eius scđaȝ pꝫtem ꝓbabit̃ i textu sequēte. sed minor pꝫ ex p̄cedēnb⁹ qꝛ ascēsiones ptiū zodiaci valde differētes sūt rā in sphera recta q̄ȝ in obliqua. in sphera q̄dē recta ꝓpter obliq̄tatē zodiaci q̄ nō pōt ī oībus ptib⁹ equales angulos facere cū orizonte recto. sed in sphera decliui ꝓpter obliq̄tatē zodiaci ⁊ obliq̄tatē orizontis. ex qua duplici obliquitate maior diuersitas angulox̄ ⁊ ascēsionum ꝯtingit. vñ licet dies naturales vbiqȝ terrarum sint inequales magis tñ īequales sunt ī sphera obliqua q̄ȝ in recta. Tertia solet assignari cā diuersitatis diex̄ naturaliū q̄ coīs ē sphere recte ⁊ obliq̄ scȝ eccētricitas circuli solis/ id ē qꝛ circulus vel orbis ī quo sol mouet̃ mūdo eccētricus ē id ē nō hñs centrū suū in cētro mundi sed extra. ⁊ ideo ille orbis in vna sui pte magis distat a cētro mūdi q̄ȝ i alia vt īfra capitulo quarto dicet̃. ⁊ ex hac eccētricitate ꝓuenit q̄ sol sup cētro mūdi ī tēporib⁹ equalib⁹ inequales angulos faciat ⁊ de zodiaco ineq̄les ptes ptrāseat. Dr̄ aūt sol describere angulos sup cētrū mūdi ymaginarie ducēdo lineas a cētro mūdi vsqȝ ad centrū solis quotidie que in cētro mūdi ꝯcurrētes versus zodiacū expādunt̃ ⁊ quasdā portiones zodiaci a sole pertransitas itercipiūt. vñ lȝ nulle essent diuersitates ascēsionū in sphera recta vel obliqua: adhuc ꝓpter hāc cām dies naturales cēnt inequales qꝛ scȝ sol in vna reuolutiōe p̄mi mobil' maiorē ptē zodiaci ptrāsit q̄ȝ in alia/ ⁊ sic vna dies naturalis erit maior alia qꝛ maior additio ptis zodiaci fieret sup reuolutionē p̄mi mobilis vna die q̄ȝ alia. ¶ Notandum q̄ p̄dicta ꝯclusio infallibiliter vera est. tñ eñ excedit vna dies naturalis aliam quātus est excessus ascēsionis vni⁹ gradus zodiaci supra ascēsionē alteri⁹ vel quantus est excessus ꝓprij mot⁹ solis vna die sup motū ꝓpriū solis ī alia die. Vñ astrologi qui ꝯputationes suas ad tēpora equalia reducūt tabulā de equatiōib⁹ dierū naturaliū cōposuerūt. est tñ īter eos hec drā qꝛ quidā ipsox̄ minimā diē naturalē totius ãni ꝓ mensura ꝯputationū suarū accipiunt/ et oēs dies alios totius anni illi minime diei cōparāt ⁊ sic tabulas mediox̄ motuū planetax̄ ꝯponūt excessus aūt aliox̄ diex̄ super minimum diem in quadā tabula ponūt que dicit̃ tabula equatiōis dierū vñ cū verū motū alicuius planete vltimo verificatū habere volūt ex tabula equatiōis dierū numeros reptos accipiūt ⁊ cuilibet diei anni addūt. Alij vero astrologi maximā diē toti⁹ anni regulā sibi faciūt excessum aūt huius diei ad oēs alios in tabula equationis dierū reponūt ⁊ sic numeros illius tabule a cōputatiōib⁹ suis semp substrahūt. Sed alij diē mediocrē accipiētes aliq̄n equationē diex̄ naturalium addūt aliq̄n substrahūt. ¶ Text⁹ Et notādū. Ponit q̄dā notabile ad declarationem diffinitiōis diei naturalis q̄ fuit maior ꝓpō in sua ꝓbatiōe ⁊ precipue quārū ad scđam eius ptē scȝ q̄ vltra vnā reuolutionē p̄mi mobilis requirat̃ ad ꝯplementū diei naturalis additio ptis in quo ps zodiaci a sole motu ꝓprio ptrāsita ascēdit. Cū eñ duplex sit motus solis vn⁹ quo rapitur a p̄mo mobili ab oriente in occidentē sup polis eq̄noctialis: ali⁹ sibi ꝓprius quo mouet̃ ab occidēte in oriētē p zodiacū quotidie fere vno gradu. inde ꝓuenit q̄ si sol hodie cū oriebat̃ erat in p̄rio gradu cancri cras cū orit̃ iā nō erit in p̄mo sed in secūdo gradu cācri. tps igit̃ illud inter p̄mū ortū solis ⁊ scđm (q̄d diē naturalē dicim⁹) non solū mēsurat vnā reuolutionē p̄mi mobilis sed etiā ascēsionē p̄mi gradus cācri ⁊ ita intelligatur ī oībus alijs dieb⁹ totius anni. Unde dies naturalis clarius sic pōt diffiniri. quod ē spaciū temporis īter ortū solis p̄cedētē ⁊ ortū eiusdē immediate sequentē. tale aūt tps ꝓpter cām dictā nō semp est equale. Ex hoc etiā infertur aliud q̄ in qualibet hora artificiali plusq̄ȝ quindecim gradus equinoctialis ascendunt: licet communiter ꝓ qualibet hora nō ꝯputentur nisi quindecim gradus qꝛ excessus fere est insensibilis.

Nota de tabula equationis dierum.

Alia diffinitio diei naturalis.

Correlarium.

Ex hijs igit̃ eclipses planetarũ facile cognoscẽtur. Ubi notãdũ q̃ cũ sol sit maior tota t̃ra: necesse ẽ q̃ medietas terre ad minus sp̃ a sole illuminet̃. ⁊ vmbra terre ĩ aere piramidaliter extẽsa minuat̃ continue ĩ rotũditate donec deficiat dyamet̃ aũt vmbre sp̃ est in sup̃ficie ecliptice circuli signorũ. ⁊ conus vmbre ĩsep̃abilis ẽ a nadir solis. q̄ ẽ pũctus celi directe oppositus loco solis. Vñ cũ in plenilunio luna fuerit in capite vel in cauda draconis sub nadir solis: tũc terra dyametraliter interponetur soli ⁊ lune: ⁊ con⁹ vmbre terre cadet sup corpus lune. ⁊ sic cuꝫ luna lumẽ nõ habeat nisi a sole. in rei veritate eclipsabitur: ⁊ deficiet a lumine. Est aũt duplex eclypsis lune: altera totalis. scꝫ cũ luna fuerit in capite vel cauda draconis directe. altera vero p̃tialis cũ scꝫ luna fuerit ꝑpe caput vel caudaꝫ ĩfra tñ metas determinatas eclipsi. Vñ

Nadir quid.

Quotuplex est eclipsis



cũ ĩ qualꝫ oppositiõe seu plenilunio nõ sit luna ĩ capite vel ĩ cauda dracõis aut prope: nec supposita nadir solis: nõ est necesse ĩ qualꝫ oppositiõe lunã pati eclipsim. Cũ autẽ fuerit luna ĩ capite vel in cauda draconis vel prope scꝫ infra metas supradictas: ⁊ ĩ cõiũctione cuꝫ sole: tũc corpus lune ĩterponetur inter aspectũ nostrũ et corp⁹ solare. vñ obũbrabit nobis claritateꝫ solis: et ita sol patietur eclipsim. nõ q2 deficiat luĩe: sꝫ deficit nobis ꝑpter inr̃positionẽ lune aspectui nostro et soli. Est ẽt duplex eclipsis sol': totalis scꝫ ⁊ p̃tialis vt de eclipsi lune dictũ ẽ. Et p̃tialis qñq3 ẽ septẽtrionalis et apparet maior in regionibus septẽtrionalibus q̃ in australib⁹: tãtoq3 maior quãto regio fuerit septẽtrionalior. Qñq3 vero ẽ eclipsis meridionalis / et hec appet maior australib⁹ q̃ septẽtrionalibus / tãtoq3 maior quãto regio fuerit australior. Ex hys p3 quare nõ in omni coniũctione aut nouilunio ẽ eclipsis solis. Notãdũ autẽ q̃ qñ est eclipsis lune ẽ eclipsis gñalis in oĩ terra / sed qñ est eclipsis solis nequaq̃. immo in vna regione est eclipsis in alia non. quod contingit propter diuersitatẽ aspectus in diuersis climatibus. Itẽ eclipsis solis incipit a p̃te occidẽtali corporis solis. sed eclipsis lune a p̃te orientali sui corporis. Virgili⁹ autẽ elegãtissime naturas vtriusq3 eclipsis sub cõpẽdio tetigit dicens. Deffect⁹ lune varios solisq3 labores.

Correlarium

Quõ fit eclipsis solis

Correlarium

Cõparatio vtriusq3 eclipsis.

Virgili⁹

¶ Hec est tertia ⁊ vltima pars principalis de causis eclipsiũ solis / lune / ⁊ alioꝝ planetarũ. habet tres particulas. prima est de eclipsib⁹ luminariũ. scd̃a ĩcipit ibi. ⁊ notãdum est de eclipsibus alioꝝ q̃nq3 planetaruꝫ. tertia ĩcipit ibi. ex p̃dictis p3. dirigit totũ op⁹ hoc et specialr̃ hanc tertiã p̃tẽ hui⁹ capituli in honorẽ ⁊ laudem dei. Prima p̃ticula diuidit̃ in duas p̃tes. prima est de causis eclipsiũ solis ⁊ lune. secunda que incipit ibi. digiti ecliptici. est quorundã terminoꝝ de q̃titate et duratiõe eclipsiũ expositiua. Prima pars etiã diuiditur in tres. quia primo dat causas eclipsis lune. secũdo causas eclipsis solis ibi. cum auteꝫ fuerit. tertio cõparat vtranq3 eclipsim ad inuicẽ penes dr̃am ibi. notandũ aũt. Quantũ ad eclipsim lune duo facit. primo premittit quoddam notabile de vmbra terre. secundo dat causas eclipsis lune ibi. vñ cũ. Pro noticia igitur eclipsis lune notãdum est. et supponẽdum ex perspectiua q̃ oẽ corpus opacũ in p̃ntia

corporis luminosi vmbrã producit. terra ergo ĩ
pacientia solis cõtinue existens pro medietate
a sole semp illuminatur. ex alia vero parte vm-
bram facit. vmbra autẽ terre directe porrigitur
ad oppositam partem contra nadir solis ⁊ est fi
gure pyramidalis q̃ cõtinuo minuitur ad accu-
tiem ⁊ angulum. Extenditur tamen sic vmbra
terre vt dyameter eius que est linea centralis sẽ
per sit in superficie ymaginaria eclipticee zodia-
ci octaue sphere. ¶ Notandum q̄ scdm perspe
ctiuos vmbra corporis opaci semper extendit
directe in oppositam partem corpori luminoso.
vmbra igitur terre que est in centro mundi sem
per dirigitur seu extenditur ad nadir solis q̄ est
punctus oppositus soli in celo. ⁊ cum centrũ so
lis semper moueatur in superficie linee eclipti-
ce octaue sphere vt dictum est: necesse est q̄ dya
meter vmbre terre per eandem superficiem ad
partem oppositam dirigatur ⁊ conus vmbre tã
gat precise nadir solis in celo. vmbra autẽ terre
scdm astrologos pertingit fere vsq̄ ad conue-
xum celi mercurij. Sed circa hoc aduertendum
est q̄ triplex potest esse vmbra alicui⁹ corporis.
scilicet pyramidalis / colũpnaris / ⁊ obtusa. quã
do enim corpus luminosum est mai⁹ corpe opa
co illuminat pluſq̄ eius medietatem contra se
positam et fit vmbra pyramidalis continue mi
norata et tendens ad acutiem. quando autẽ cor
pus luminosum est equale corpori opaco illumi
nat precise eius medietatem ⁊ fit vmbra colum
pnaris eque latitudinis in principio medio et fi
ne. sed quando corpus luminosuz est minus cor
pore opaco tũc illuminat minus medietate ei⁹
⁊ fit vmbra obtusa que scilicet continue dilatatᷣ
Dictuz est autem supra q̄ sol est maior terra cẽ
ties sexagesies sexies: vmbra igitur terre pyra
midalis rotunda erit et continue minorabitur
donec tandẽ deficiat. ¶ Textus. Unde cũ. As
signat causas eclypsis lune. et primo dat modũ
⁊ diffinitionem eclypsis. secundo eius diuisionẽ
ibi. est autem duplex / tertio infert vnum correla
rium ibi. vnde cum / luna igitur sic eclipsatur: si
enim tẽpore plenilunij quãdo scz sol ⁊ luna sunt
in oppositiõe: luna reperiatur in capite vł in cau
da draconis hoc est in superficie eclipticee et i na
dir solis. tunc terra dyametraliter interponetur
soli ⁊ lune ita q̄ eadem dyameter sphere tange-
ret tria centra: solis / terre ⁊ lune. et tunc vmbra
terre cadet super corpus lune: et(cuz luna ex se
nullum lumen habeat nisi inquantum illumina
tur a sole: quia vt Aristoteles dicit et experien
tia patet luna nunq̄ lucet nisi versus solez(tũc
perdet lumen suum ⁊ patietur eclipsim. eclipsis
enim grece defectus est latine. ¶ Notanduz q̄
in omni mense luna est semel in coniunctione et
semel in oppositione cum sole scdm longitudi-
nem zodiaci computando: non tamen quolibet
mense sunt sol ⁊ luna in coniunctione aut oppo
sitione secundum latitudinez. quia licet sol sem
per sit sub linea ecliptica luna tamen non in om
ni coniunctione vel oppositiõe est sub ecliptica
sed sepius deuiat ad latera zodiaci: et tunc vm-
bra terre non tangit lunam propter eius latitu-
dinem. due igitur cause concurrunt ad eclipsim
lune que in textu tangũtur. prima est q̄ luna sit
in aspectu oppositionis ad solem. secunda est q̄

Triplices sunt vmbre.

Due cause cõcurrũt ad eclipsim lune.

tunc sit luna directe sub ecliptica aut valde pro
pe quod nõ fit nisi ipsa existente in capite vel in
cauda draconis aut prope. Textus. Et est du-
plex. Ponit diuisionem eclipsis lune. est eñ du
plex. vna totalis / alia partialis. totalis eclipsis
lune est quando totum corpus eius obscuratur
et luce priuatur: ⁊ tunc luna est fere precise in ca
pite vel in cauda draconis sub ecliptica et dya-
metraliter opposita soli. eclipsis lune partialis
est quando non totum corpus lune sed pars ei⁹
eclipsatur: et hoc contingit quando tempore op
positiõis luna nõ est p̃cise in capite vł in cauda
draconis sub ecliptica sed prope tamẽ infra me
tas aut terminos eclipsis qui sunt duodecĩ gra
dus ante ⁊ post caput vel caudam draconis se-
cundum longitudinem. ¶ Notandũ q̄ siue ma
gna siue parua corporis lune pars siue etiam to
tuz corpus eclipset est eclipsis generalis in om
ni terra quia vndecunq̄ luna tunc aspiciatur vi
debitur sub vmbra terre et carere lumine solis.
ideo inconuenienter dicebatur in textu auctoris /
q̄ aliquando est eclipsis lune generalis aliquã-
do particularis. sed potius sicut a diceemus di-
cendum erat totalis et partialis et hoc idem vi
sus est corrigere auctor infra cum ponit differẽ-
tiam eclipsis lune ad eclipsim solis. ¶ Textus
Unde cum infert correlarium cuiusdam tacite
dubitationis solutiuuz. dubitaret enim aliquis
si eclipsis lune sit in oppositiõe luminarium cũ
in quolibet mense sit oppositio talis quare non
in quolibet mense est eclipsis lune. Respondet
q̄ licet in omni mense luna sit soli opposita: nõ
tamen in omni oppositione luna est in capite vł
in cauda draconis quod requiritur ad eclipsim.
vnde non in quolibet mense accidit eclipsis lu-
ne: sed solum quando predicte due cause concur
runt. duabus enim existentibus causis partiali
bus alicuius effectus: si vna deficiat / altera sa
sola non producet effectum: vnde dubitatio pre
dicta est similis isti: quare si duo homines tra-
hunt lapidẽ vnus eoz sol⁹ cum vult non trahit
ipsum. ¶ Textus. Cum autẽ fuerit. Assignat
causas eclipsis solis: et primo dat modum seu
descriptionem eclipsis. secundo diuisionem ibi.
est etiam. tertio infert correlariuz ibi. ex his pa
tet. Eclipsis solis hoc modo contingit. quan-
do enim fuerit luna in coniunctione cum sole: si
tũc reperiatur in capite vel ĩ cauda draconis sub
ecliptica aut prope scilicet infra terminos ecli-
psis. tunc luna interponetur soli ⁊ nobis. et cuz
luna sit corpus densum aut opacũ proijciet vm-
bram versus nos et obumbrabit nobis claritas
tem solis: et ita sol eclipsabitur. non quidem q̄
deficiat lumine sicut nomen eclipsis sonat: sed
quia nobis deficit eius claritas propter lune in
terpositionem. Due igitur cause partiales con-
currunt ad eclipsim solis: sicut ad eclipsim lu-
ne quacum vna deficiente impossibile est secun-
dum naturam solem eclipsari. prima est coniun
ctio solis et lune in eodem loco zodiaci. secunda
est situs lune sub ecliptica in capite scilicet. vel
in cauda draconis aut prope. vnde in eclipsi sol
⁊ luna taliter se habent q̄ in eadez dyametro zo
diaci continetur cẽtrum vtriusq̄. ¶ Notãdum
q̄ cum luna sit corpus densum ⁊ opacum in pre
sentia solis vmbrã proijcit. ⁊ quia ipa est minor

Termini eclipsis.

sole ideo semper ad minus medietas eius illuminatur a sole. vmbra autem lune ex alia parte velut piramis rotunda efficitur cōtinue tendēs ad acumen sic igitur luna soli ⁊ nobis interposita vmbram suam ad nos proijcit et claritatem solis nobis obumbrat. ¶ Textus. Est etiam. Ponit diuisionem eclipsis solis et primo facit hoc. secundo subdiuidit vnum membrum diuisionis ibi. et partialis. diuisio hoc est ꝙ duplex est eclipsis solis scilicet totalis ⁊ partialis sicut etiam de eclipsi lune dictum est eclipsis solis totalis est quando totum corpus solare nobis obumbratur. ⁊ hoc contingit quando luna in coniunctione solis fuerit in capite vel in cauda draconis precise sub ecliptica. Partialis vero eclipsis est quando solum aliqua pars solis nobis obumbratur et hoc contingit quando tempore coniunctionis luna aliquantulum distat a capite vel cauda draconis tamen infra terminos eclipsis supradictos. ¶ Textus. Et partialis. Ponit subdiuisionem secundi membri cuius etiam partes declarat. Eclipsis ergo solis partialis duplex est quedam septētrionalis alia vero meridionalis. Septentrionalis eclipsis est quando pars solis que est versus polum septentrionalem eclipsatur. et hec apparet maior in regionibus septentrionalibus q̄ȝ in australibus ⁊ tanto maior apparet quanto regio fuerit septētrionalior tanto q̄ȝ minor q̄ȝto australior. Meridionalis eclipsis est quando pars solis que est versus polum meridianum eclipsatur ⁊ hec maior apparet in regionibus australibus q̄ȝ in septētrionalibus ⁊ tanto maior q̄ȝto regio fuerit australior tantoq̄ȝ minor q̄ȝto septentrionalior. Similis etiā diuisio dari potuisset de eclipsi partiali lune verūtamē illa non maior in vna q̄ȝ in alia regione apparet siue septentrionalis fuerit siue meridiōalis cuius causam supra tetigim⁹

¶ Notandum ꝙ regio aliqua in proposito non dicitur australis ex eo ꝙ sit inter equinoctialem ⁊ polum australem. sed ad sensum Ptholemei in prima parte quadripartiti vbi omnes regiones inter equinoctialem et medium quarti climatis vocat australes. ceteras vero ab illo loco vsq̄ȝ ad finem habitationis versus polum arcticum vocat septentrionales. ¶ Textus. Ex hys pȝ. Infert correlarium etiam dubitationis solutiuum quare scȝ cum in omni mēse sit luminarium coniunctio non quolibet mense est eclipsis solis. ⁊ respondet vt prius ꝙ cum due cause partiales requirantur ad eclipsim solis qualibet earum deficiente non fit eclipsis naturaliter nunc autem in pluribus coniunctionibus luna non est in capite vel in cauda draconis sub ecliptica sed raro et ideo raro accidunt eclipses solis. ¶ Textus. Notandū autē. Comparat eclipsim solis ad eclipsim lune penes duas drās prima est ꝙ eclipsis lune siue totalis siue partialis fuerit est generalis in omni terra q2 omnibus simul luna apparet eclipsata. si enim aliquod corpus vel in toto vel in parte obscurum aut decoloratum fuerit vndecūq̄ȝ aspiciatur semper tale videbitur. Sed eclipsis solis non sic est generalis nec omnibus simul apparet sed dum hij solem eclipsatum percipiunt: illi luce solis fruuntur. quia sol in eclipsi vt dictum est nō perdit lucem suam sȝ obumbratur claritas eius ex interpositione lune. potest autem quibusdam obumbrari alijs autem non: quod contingit tum quia cum luna sit minor terra vmbra eius nō potest totam terram cooperire. tum propter diuersitatem aspectuum in diuersis regionibus. Hec autem variatio dupliciter attendi potest primo in regionibus eiusdem climatis quia licet quādo eclipsatur sol in vna parte alicuius climatis in omnib⁹ alijs etiā eclipsetur nō tamen simul sicut si occidētalib⁹ sol hora meridiana eclipsat⁹ apparet: orientalib⁹ vero nō tūc sȝ post aliquot horas eclipsabitur. alio modo ⁊ forte magis ad intentionē textus quantū ad regiones diuersorū climatū quando enim eclipsis solis est partialis potest esse tam parua ꝙ in vno climate apparebit et in alio nō. ⁊ licet in vtroq̄ȝ illoȝ climatuȝ appareat / nō tamē equalis sed maior in vno climate q̄ȝ in alio vt dictum est. Secunda differētia est quia eclipsis solis incipit a parte occidentali corporis eius eo ꝙ luna per proprium motum quo solem superat ad coniunctionem eius venit ab occidente. sed eclipsis lune primo incipit a parte orientali corporis eius eo ꝙ ipsa proprio motu ab occidente veniens intrat vmbraȝ terre quā p̄mo tāgit in parte sui corporis orientali veruntamen prius partem vmbre occidentalem ingreditur. ¶ Deinde ibi. Virgili⁹ autē. Cōfirmat ea que dicta sunt de eclipsibus luminariū auctoritate Virgilij in georgicis qui vnico versu vtranq̄ȝ eclipsim velut breui capitulo comprehendit cū inquit. defectus lune varios solisq̄ȝ labores. vbi eclipsim lune vocat defectū quia luna in rei veritate deficit lumine cum eclipsatur. ad ei⁹ ꝙ greci eclipsim dicūt nos defectū nominamus. Sed eclipsim solis vocant laborem ꝑ eo ꝙ tunc sol laborare aut egrotare videatur quasi eēt impotens factus radios suos ad nos non mittit. ¶ Sed circa predicta ꝯueniēs videtur causam cremēti ⁊ decrementi lune inq̄rere. vbi aduertendū ꝙ cum luna lumen non habeat a se nisi quod recipit a sole ratio cremēti et decrementi lune ex diuersa eius a sole illuminatione accipitur. nō enim crescit aut decrescit corpus lune sed lux eius cuȝ autē sol sit multo maior luna semper medietatē eius ⁊ eo ampli⁹ illuminat excepto tempore eclipsis lune. non tamen semper eadem lune medietas illuminatur sed lumen ab vna medietate in aliam permutatur. quando enim est luna soli coniuncta superior eius medietas que est versus astra illuminata est: inferior vero medietas versus terram obscura est et vmbrā proijcit et tunc dicitur luna neomenia. Deinde vero cum luna motu suo velocior a sole incipit recedere: incipit etiam lux a superiore medietate lune ad inferiorem ꝑmutari et incipit tunc nobis aliqua lux apparere in nostra medietate quia videtur luna bicornis et dicitur monoides aut luna noua vsq̄ȝ ad septimū diem quando est quartus aspectus lune ad solem et finitur prima quarta mensis lunaris ⁊ tunc q2 luna magis distat a sole maior pars nostre medietatis scilicet medietas circuli eius illuminata est et tunc dicitur dicotomos. Trāseunte vero luna vlteri⁹ post quartū aspectū ante tamen oppositionē maior adhuc pars nostre

medietatis illuminatur continue ⁊ tunc dicitur luna amphitrios. Quando autem luna iam est in oppositione solis tota inferior medietas illuminata est ⁊ tota superior obscura et vmbram iacit versus astra ⁊ tunc dicitur luna panselinos ⁊ ibi finita est medietas mēsis lunaris. In alia vero medietate lumen continue permutatur a parte inferiore lune ad partem superiorē et eisdem nominibus luna nominatur sicut in prima medietate ordine tamen conuerso.

¶ Reuerēdissimi domini Petri de Aliaco Cardinalis ⁊ episcopi Cameracensis Doctorisqȝ celebratissimi Questio secunda.

Queritur secundo vtrū possibile sit solē ⁊ lunam eclipsari. Et arguit primo ꝙ non ⁊ primo de luna quia si luna posset eclipsari hoc esset per defectum luminis: sed hoc non/igitur. consequentia ē nota maior etiam. probatur minor dupliciter. Primo quia luna nunquam deficit a lumine ergo non eclipsatur per defectum luminis consequētia tenet. antecedēs pȝ per Ptholemeum in secundo quadripartiti vbi docet ex coloribus lune tēpore eclipsis prenosticare de effectibus consequētibus ex eclipsibus modo color lune non est sine lumine ergo nunquam deficit a lumine. Secundo probatur minor quia si luna eclipsaretur ex defectu luminis sequeretur ꝙ luna semper esset eclipsata consequens est falsum ⁊ patet consequentia: quia semper vna pars ipsius lune caret lumine scȝ illa pars que non est obiecta soli quare sequitur ꝙ luna semper eclipsaretur quantū ad aliquā eius partem. ¶ Secundo sic quia si luna possit eclipsari hoc esset ꝓpter interpositionem terre inter solem ⁊ lunam sed hoc non ergo. consequentia est nota maior patet per auctorem in textu probatur minor quia si propter interpositionem terre inter solem et lunam luna eclipsaretur tunc propter interpositionē veneris inter solem et lunam luna eclipsaretur cōsequens est falsum et contra omnes astrologos quia hoc non est visum. et patet cōsequentia quia venus est maior quam sit terra ergo sequitur ꝙ eius vmbra melius potest obumbrare lunam quam vmbra terre. Et confirmatur quia si sic sequeretur ꝙ luna existēte equali ⁊ sole existente in eodē loco omnes eclipses deberēt esse equales. consequentia tenet quia vmbra terre esset equalis ⁊ sic eclipsis equalis sed cōsequēs est falsum: imo illis obseruatis visum est vnam eclipsim diutius durasse quam aliam. ¶ Tertio sic quia si sic sequeretur ꝙ terra esset maior sole cōsequēs est contra Ptholemeum tertia dictione almagesti: sed pȝ consequētia quia si terra esset minor quam sol per aduersarium tūc eius vmbra vadit continue diminuendo vt pȝ per ꝑspectiuos modo luna est maior quam sit terra ergo vmbra terre non potest eclipsare lunā vel oportet ꝙ sol sit minor terra. sed ꝙ luna sit maior quam terra ptȝ quia luna maior est quam aliqua stella fixa vt pȝ ad sensum modo quelibet stella fixa maior ē quam sit terra vt ptȝ ꝑ Alphraganū quare sequitur ꝙ luna est maior quam terra. ¶ Quarto sic: quia si sic sequeretur ꝙ etiā vmbra terre potest eclipsare mercurium cōsequēs est falsum quia non est repertū apud astrologos ꝙ mercurius eclipsetur. et pȝ cōsequētia quia vmbra terre protēditur vsqȝ ad spherā mercurij vt ponit Cāpanus in sua theorica. ¶ Quinto sic quia si sic maxime esset i oppositione: consequentia tenet per auctorē. Sed consequens est falsum quod patet quia si solum esset eclipsis in oppositione tūc sequitur ꝙ nunquam possemus videre lunam eclipsari sole existente supra orizontem cōsequentia tenet quia in oppositione si sol sit supra orizontem luna est sub et econtra sed consequēs est falsum imo aliās sol videbatur supra orizontem ⁊ luna eclipsata vt recitat Plinius in libro de mirabilibus mūdi. Deinde arguitur de sole quia sol nō potest priuari lumine igitur ꝯsequētia tenet quia eclipsis dicitur priuatio luminis: antecedens ptȝ quia sol habet lumē ex se nec potest ab aliquo impediri. Secūdo si sic quia si hoc esset ꝓpter lunā interpositā inter solem ⁊ terrā ⁊ prohibentem lumē solis modo luna cū sit minor sole nō potest prohibere eius lumen. etiā si luna eclipsaret solem esset fortior sole. ¶ In oppositū arguit per auctorē in littera et ꝑ Ptholemeū in sexta dictione almagesti et per oēs astrologos. In q̄stione erūt duo articuli. primus erit de eclipsi lune. secūdus de eclipsi solis. ¶ Quantū ad p̄mū supponenda sunt aliqua. p̄mo supponitur ꝙ luna nō habet ex se illud intensum lumen ꝑ quod ita notabiliter ⁊ sensibiliter illuminat ista iferiora immo hȝ illud lumē a sole et ipm reflectit versus terraȝ sicut reflecteret a speculo polito. tup posito patet secūdo celi. pȝ etiā ꝑ Ptholemeū quarta dictione minoris almagesti in quadam suppōe qua ꝓponit lunā habere suū lumē a sole *(Primus articulus. Prima suppo.)* ¶ Secūdo supponitur ꝙ vmbrosum sphericū minus luminoso cui obijcitur causat i parte opposita luminoso vmbraȝ conalē admodū piramidis rotunde cuius conus est in parte opposita luminoso ⁊ basis est circulus minor i vmbroso pȝ per perspectiuos. Sed vmbrosum equale luminoso causaret vmbram colūpnareȝ admodum columpne rotunde. sed vmbrosum maius luminoso causaret vmbram admodum piramidis euerse rotunde. *(Secunda suppo.)* ¶ Tertia supponitur ꝙ sol est maior quam sit terra. suppositio patet ꝑ Ptholemeum tertia dictione almagesti vbi proponit ꝙ sol est maior terra cētics sexagesies sexies ⁊ amplius. Ex hac suppositione sequitur correlarie et precedenti etiam ꝙ terra cum sit obiecta soli causat in opposita parte eius vmbrā conalem admodū piramidis rotūde. et illius piramidis conus protenditur per magnā distātiam vltra ꝯcauū orbis lune vt demonstrat Ptholemeus in quinta dictōe almagesti ⁊ Campanus in sua theorica. *(Tertia suppo.)* ¶ Quarto supponendum ē ꝙ corpus planete politū ⁊ sufficiēter densum obiectū luminoso eius lumē icorporat ⁊ reflectit pȝ suppō per experientiā de speculo. Ex quo sequitur ꝙ luna cum sit valde polita ⁊ sufficiēter densa quia densior pars sui orbis vt dicit commentator ipsa fortiter incorporat lumen solis et reflectit versus terram. ⁊ est illud lumē primariū lune propter cuius defectū dicitur luna eclipsari ⁊ non solum intelligitur de lumine secundario: quia luna nunquam deficit ab eo sed de lumine primario ⁊ recto. ⁊ itelligēdo de ipsa luna quātum ad partes eius directe oppositas ipsi soli. *(Quarta suppo.)* ¶ Quinto supponendum est ꝙ luna mouetur *(Quinta suppo.)*

in suo orbe eccentrico qui orbis eccentricus deuiat ab ecliptica intersecando lineam eclipticaȝ in duobus punctis ⁊ illarum duarum intersecationum vna vocatur cauda draconis ⁊ alia caput draconis: ⁊ inde est ꝙ luna deuiat ab ecliptica sed eccentricus deferens solem nunq̄ deuiat ab ecliptica ⁊ inde est ꝙ sol semꝑ est sub ecliptica. Ex suppositione sequuntur correlaria/ ꝑmū

Primū correlarium.

est ꝙ sole existente in cauda draconis et luna in capite vel econtra tunc sol ⁊ luna diametraliter opponuntur. Patet correlarium quia illo tunc sol ⁊ luna sunt ambo sub ecliptica et in punctis oppositis modo quecunq̄ duo puncta opposita ecliptice diametraliter opponuntur cum eius centrum sit centrum mundi. Secundo sequitur

Scdm correla.

ꝙ nunq̄ sol ⁊ luna opponūtur diametraliter nisi in vno existente in cauda draconis ⁊ alio in capite. patet: quia sol semper ē sub ecliptica. luna autem non semper vt patet per quintam suppositionem nisi quando est in capite vel in cauda draconis solū: ꝗ tunc opponuntur diametraliter sol ⁊ luna tempore oppositionis ipsa existē te in cauda draconis ⁊ sole in capite vel ecōtra ⁊ sic sequitur ꝙ luna ⁊ sol nunq̄ diametraliter opponuntur nisi in illo casu. consequentia tenet quia nichil opponitur soli diametraliter nisi sit sub ecliptica. ¶ Ex istis suppositionibus in-

cōclusio risalis

fertur responsio ad quesitum pro isto articulo ꝙ luna potest eclipsari patet: quia possibile est vmbram terre de directo peruenire ad corpus lune: ergo conclusio vera consequentia est nota antecedens patet: quia vmbra terre de directo multiplicatur et protenditur ad oppositum solis vltra orbem lune. modo possibile est corpus lune quandoq̄ esse diametraliter oppositum ipsi soli: ergo illo tūc vmbra terre obumbrabit lunam. Ex ista cōclusione sequitur ꝙ solum ī op-

Primū correla.

positione potest esse eclipsis lune patet qꝛ soluȝ in oppositione sol ⁊ luna diametraliter opponū

Scdm

tur. Secundo sequitur ꝙ non in qualibet oppositione debet esse eclipsis lune patet: quia nō in qualibet oppositione sol est in cauda draconis et luna in capite vel econtra. immo illud contingit vt in pauciolibus. Tertio sequitur qꝛstat bene ꝙ medium tempus eclipsis non sit ī vera op-

Tertiū.

positione patet qꝛ bene stat ꝙ opposito sit modicum ante introitū lune in cauda ⁊ solis in capite vel econtra et tunc medium eclipsis statiȝ post opposionem esset. Et hec de articulo ꝑmo

Scdus articulus.

¶ Quantum ad secundum aduertendum est ꝙ q̄uis quelibet eclipsis tam solis q̄ lune sit defectus luminis: in aliquo tamē differentia est inter eclipsim solis et lune. qꝛ eclipsis lune ē defectus luminis solis ī ipsa luna propter vmbrā terre. Sed eclipsis solis non est defectus luminis in ipso sole qꝛ semper habet lumen cum habeat lumen ē se: sed ex defectus luminis in aliqua parte terre propter interpositionem alicuius vmbrosi obumbrantis terram in aliqua parte. ¶ Pro quo est aduertendum secundo ꝙ dupliciter accipitur eclipsis solis. vnomodo proprie ꝓ defectu luminis solis in aliqua parte terre propter lunam interpositam ⁊ obumbranteȝ illam partem terre: aliomodo capitur large pro defectu luminis solis in aliqua parte terre propter aliquod obstaculum obumbrās illam partem terre quodcūq̄ sit illud. Et isto modo nubes causant eclipsim solis: ⁊ etiam in cauernis clausis in celarijs ⁊ sic de alijs. Tertio notandum est et supponendum ꝙ luna est minor q̄ sit terra patet per astrologos. Ex qua suppositione sequuntur correlaria primo ꝙ non stat vmbram lune obumbrare omnino terram. patet qꝛ vmbra lune cum luna sit minor sole continue vadit diminuendo et acuendo admodum piramidis ergo cum talis vmbra sit vbiq̄ minor q̄ luna ⁊ luna minor q̄ terra sequitur ꝙ talis vmbra vbiq̄ minor est q̄ terra et sic non potest obumbrare totam terram. Secundo sequitur ꝙ non potest esse eclipsis solis vniuersalis. patet: qꝛ si sic tunc vmbra lune obumbraret totam terram quod nō est possibile vt dictuȝ est Tertio sequitur ꝙ possibile est esse duos vicinos quorū vnus habet eclipsim solis et alter non. patet ex quo vmbris lune non obumbrat totam terram statq̄ aliquis sit in vmbra lune ⁊ alter non adhuc satis propinqui. ¶ Istis suppositis ponūtur cō-

Prima cōclusio

clusiōes. prima est ꝙ possibile est solem eclipsari secundo modo. scȝ large. cōclusio nota est de se. ¶ Secunda conclusio ⁊ responsalis pro isto

Secūda cōclusio

articulo est/ possibile est solem eclipsari proprie scȝ ꝑmodo: patet qꝛ possibile est lunam esse diametraliter interpositam inter solem et terram ⁊ tunc vmbra lune pertinget ad aliquam partē terre. Sequitur correlarie ꝙ nō est possibilis

Primū correla.

eclipsis solis nisi in coniunctione sicut nec est possibilis lune nisi in oppositione patet qꝛ non ē possibile lunam interponi inter solem in terram nisi tempore coniunctionis sicut nec est possibile terram interponi inter solem et lunam nisi tēpore oppositionis. Et si queratur ergo quare non fit eclipsis solis in qualibet coniunctione. Respondetur ꝙ solum fit eclipsis solis quando luna est in coniunctione in cauda vel in capite draconis ⁊ causa est qꝛ si fiat coniunctio luna existente alibi tunc vmbra eius de directo nō protēditur versus terram sed lateraliter solum et ideo nō fit eclipsis solis. ¶ Secūdo sequitur ꝙ illa eclipsis que fuit tempore passionis christi non fuit

Scdm correla.

naturalis: immo miraculosa. quia fiebat versus oppositionem. Et istud patet per auctorem in fine huius tractatus vbi allegat sanctum Dyonisium quia illo tunc erat paganus. et magnus astralogus. Qui dixit si aut deus nature patitur aut totalis mūdi machina destruitur. ¶ Sȝ dubitatur quare vna eclipsis lune diutius durat

Primū dubium.

q̄ alia. Respondetur ꝙ causa est qꝛ dū eclipsis lune fit ipsa existente in opposito augis sui eccentrici et sole etiam tunc fit magna eclipsis et diu durat. cuius causa est quia quanto sol ⁊ luna sunt ꝓpinquiores ipsi terre tanto vmbra terre latior est infra lunam ergo tāto luna plus apponit ad transeundem illam vmbram. sed si sol fuerit in auge eccentrici ⁊ luna etiam q̄uis luna sit in cauda vel ī capite drachonis tamen nulla eclipsis fit. ¶ Secūdo dubitatur de augmē

Secūdū dubium.

to et decremento lune. Respondetur ꝙ luna nō habet lumen nisi a sole et ideo tempore coniunctionis pars lune que non est nobis obiecta est illuminata et ideo non percipimus lunam sȝ qū incipit recedere a sole tunc paulatiȝ aliqua pars que est nobis obiecta icipit illuiari ⁊ incipit no

bis apparere luna bicornis. et illo tunc quando incipit sic apparere dicimus esse nouilunium. Et illa figura quam luna videtur habere a nouilunio vsq ad principium secunde quarte dicitur monoydes grece.i.bicornis latine secundum tamen magis et minus. In principio secunde quarte luna apparet ad modum semicirculi. hoc est quia medietas partis nobis obiecte est illuminata. et ista figura vocatur dycothomos. Et postea a principio secunde quarte vsq ad oppositionem luna apparet nobis gibbosa ad modum portionis maioris circuli et illa figura vocatur amphicirtos. Et tunc cum luna peruenit ad oppositionem apparet nobis omnino perfecta et illuminata ad modum circuli. Causa est quia pars nobis obiecta et etiam obiecta soli illuminatur: et ista figura vocatur panselinos: et iterum post oppositionem incipit luna diminui sicut prius augebatur et eodem modo vocantur figure.

ad rones qstionis

¶ Ad primam rationem quando dicitur etc. conceditur maior et negatur minor. et ad primam probationem dicitur quod verum est a lumine secundario sed bene deficit a lumine primario et respectu illius dicitur luna eclipsari. Ad secundam probationem negatur consequentia quia eclipsis lune capitur pro obumbratione lune propter terram interpositam. Ad secundam rationem negatur minor ad probationem negatur consequentia et duplex assignatur causa. vna quia venus est nimis rara et ideo non impedit radios solares. alia causa est quia venus est nimis propinqua soli et lune: ideo radij solares incidentes super eius terminos causant tantum lumen secundarium quod quasi apparet primarium. Ad confirmationem dicitur quod verum est si luna et sol essent inequalibus propinquitatibus et distantijs a terra et etiam in cauda vel in capite draconis. Ad tertiam rationem negatur consequentia ad probationem dicitur quod luna non est maior quam terra ad probationem negatur minor immo luna est minor qualibet stella fixa. et cum probatur dicitur quod si appareat maior hoc est propter nimiam propinquitatem. Ad quartam negatur consequentia ad probationem dicitur quod verum est si sed numquam peruenit ad corpus planete quia mercurius numquam opponitur soli. Ad quintam conceditur maior et negatur minor ad probationem dicitur quod verum est: et cum dicitur quod altas visum est. dico quod sol illo tunc erat adhuc sub orizonte sed apparebat nobis propter vapores interpositos inter nos et solem et hoc per fractionem radiorum. ¶ Ad alias rationes ad primam dicitur quod verum est nec defectum luminis in sole vocamus eclipsim solis. Secunda ratio arguit de eclipsi in propria. Ad tertiam verum est sed hoc negatur. ad probationem negatur consequentia vnde bene impedit lumen solis ne proueniat ad aliquem certum locum determinatum sed non propter hoc sequitur quod sit fortior. Et hec de questione et per consequens de totali tractatu de sphera.

¶ Et sic est finis questionum subtilissimarum reuerendissimi domini Petri de aliaco Doctoris Parisiensis super etherea noti.

Puncti eclipti.

Digiti ecliptici dicuntur duodecime dyametri corporis solaris aut lunaris eclipsate et cognoscuntur per argumentum latitudinis lune verum.

Minuta casus.

Minuta casus in eclipsi lunari sunt minuta zodiaci que luna perambulat solem superando a principio eclipsis vsq ad medium eius si partialis fuerit: aut totalis sine mora vel a principio eclipsis vsq ad initium totalis obscurationis si totalis cum mora fuerit.

Minuta more.

Minuta more dimidie sunt minuta zodiaci que luna solem superando a principio totalis obscurationis vsq ad medium eclipsis perambulat.

Quomodo scitur duratio eclipsis.

Minuta casus in eclipsi solari sunt minuta zodiaci que luna a principio eclipsis vsq ad medium superatione sua perficit. Unde si minuta ista per superationem lune in hora diuidantur tempus quo ea pertransit eueniet.

Dyameter visualis solis.

Dyameter solis visualis in auge cc.xxxi. minuta chordat. sed in opposito augis. xxxiiij. semper tamen que est proportio. v. ad. lxvi. ea est motus solis in hora ad diametrum suam visualem.

Dyameter lune visualis.

Sed dyameter visualis lune in auge eccen. et epicicli. xxix. minuta chordat. in auge vero eccen. et opposito augis epi. xxxvi. semper que est proportio. xlviij. ad. xlvij. ea est motus lune in hora ad dyametrum suam visualem.

Correlarium.

Quare sequitur quod possibile est vt quandoq eclipsis solis accidat totalis.

Diuersitates vmbre terre.

Dum sol in auge sui ec. fuerit: diameter vmbre in loco transitus lune se habet ad dyametrum lune visualem sicut. xiij. ad quinq excessus autem dyametri eius dum sol est in auge super eandem dum sol alibi fuerit in eccentrico decuplus est ad differentiam motuum solis in hora quibus dum est in auge atq illo alio loco mouetur.

eclypses aliorum quam planetarum.

Et notandum quod nullus alius planeta a luna vmbram terre intrare potest. Eclipsantur tamen omnes alij planete et multe stelle fixe per interpositionem.

Deuotissimum correlarium.

Ex predictis patet quod cum eclipsis solis esset in passione domini: et eadem passio esset in plenilunio illa eclipsis non fuit naturalis: sed miraculosa et supra naturam quia eclipsis solis vt dictum est in nouilunio vel circa debet contingere. Propter quod legitur dionisium ariopagitam

in eadem passione dixisse. Aut deus nature patitur: aut mundi machina dissoluitur.

¶ Hec est secunda pars prime particule que dicit de terminis pertinentibus ad q̄titatē et durationem eclypsium. et primo de his que pertinent ad quantitatem eclypsium. secundo de pertinētibus ad durationem ibi. minuta casus. pro declaratione primi sciendum est. q̄ licet corpora solis et lune spherica sint et rotunda: ex distantia tamen maxima nobis apparent plana: vt etiam supra capitulo primo dictū est. vnde in materia eclypsiū de eis sicut de circulis planis ratiocinamur. et sic dyameter solis aut lune velut dyameter cuiusdam circuli plani ab astrologis existimatur. quantitatem autem eclipsis solis aut lune quando partialis est per dyametri partes significāt astrologi. et sic totam dyametrum in duodecim partes equales (quas digitos aut puncta vocant) ymaginabiliter diuidunt. quot ergo ex his digitis aut punctis eclypsantur totam partem illius luminaris dicunt esse eclipsatam. vt si sex digiti dyametri lune intrarent vmbram terre diceretur medietas lune eclipsata. si autem octo: due tertie partes lune et sic de aliis: similiter et de sole. ¶ Quomodo autem cognoscantur digiti eclypticī in qualibet eclipsi subiūgit textus. q̄ per argumentum latitudinis lune verum. dicitur autem argumentum latitudinis lune distantia lune a capite draconis s̄m longitudinem zodiaci. que si vsq̄ ad lineā medij motus lune accipiatur s̄m successionem signorū argumentum latitudinis lune medium dicitur. si vero vsq̄ ad lineam veri motus lune et s̄m successionem signorum: argumentum latitudinis lune verum. et per hoc argumentum potest haberi q̄tum distat centrum lune ab ecliptica hora eclipsis. et per consequens quota pars dyametri solis aut lune eclipsabitur. ¶ Textus. Minuta casus. Exponit terminos pertinentes ad durationem eclipsis apud astrologos vsitatos. et primo terminos durationis simpliciter. secundo terminos de diuersitate durationū specialiter ibi. Dyameter solis. Quantum ad primum duo facit. primo exponit terminos pertinentes ad durationem eclipsis lune. secūdo pertinentes ad durationem eclipsis solis ibi. Minuta casus. Circa eclipsim lune duos terminos exponit secundum ibi. Minuta more. Primus ergo terminus est minuta casus in eclipsi lunari per hoc enim astrologi intelligunt minuta zodiaci. quibus motus lune superat motum solis in eo tempore quod est a principio eclipsis (quādo scilicet luna incipit intrare vmbram) vsq̄ ad medium eclipsis: si eclipsis illa partialis fuerit aut totalis sine mora. vel a principio eclipsis vsq̄ ad initium totalis obscurationis: si eclipsis totalis et cum mora fuerit. ¶ Notādum q̄ medium eclipsis dicitur quando centrum lune pertingit dyametrum lōgitudinis vmbre: vel est in directo eius. et tunc corpus lune est tm̄ eclipsatum q̄tum est possibile illa vice. Initium autē totalis obscuratiōis est quando iam totum corpus lune primo incipit esse sub vmbra. Casus vero est tempus quo luminare cadit in eclipsim scilicet a principio eclipsis vsq̄ ad medium: sed tempus a medio eclipsis vsq̄ ad finem dici potest euasio. ¶ Notandum etiam q̄ cum vmbra terre vt diximus semper terminet ad nadir solis: necesse est q̄ tm̄ precise moueatur conus vmbre in celo sicut centrum solis. cum igitur luna appropinquat vmbre oportet comparare motū lune ad motum vmbre. ideo astrologi inuestigāt tunc excessum motus lune super motum solis: qui etiam est motus vmbre ad cognoscendum certum tempus et durationem eclipsis. si enim vmbra nō moueretur luna citius perueniret ad eclipsim minusq̄ duraret eclipsis. similiter etiā oportet intelligere circa eclipsim solis q̄ oportet comparare motum lune ad motum solis. ¶ Textus. Minuta more. Exponit secundū terminum pertinentem ad durationem eclipsis lune: scilicet minuta more dimidie significat enim apud astrologos minuta zodiaci quib⁹ motus lune superat motum solis in eo tempore qđ est a principio totalis obscurationis vsq̄ ad medium eclipsis iam dictum. mora autem significat tempus totalis obscurationis lune ad est q̄diu tota luna est in vmbra. quomodo autem per ista minuta casus aut more duratio eclipsis cognoscatur paulo post apparebit. ¶ Textus. Minuta casus. Declarat vnicum terminum pertinentem ad durationem eclipsis solis scilicet minuta casus in eclipsi solari. sūt enim minuta zodiaci quibus motus lune superat motum solis a principio eclipsis vsq̄ ad medium eius quod est quando centrum lune peruenit ad centrū solis vel in eius directum. In sole autem non assignātur minuta more. quia eclipsis vel nullam vel admodum paruam morulam habet. cū enim sol sit multo maior luna vix potest luna totum solem obumbrare et adeo quādo totum eclipsat non potest diu durare totalis illa solis occultatio supra lunam: sed q̄cito totus sol eclipsatus est: tam cito incipit aliqua pars eius apparere. ¶ Deinde ibi. Unde si. Ostendit quomodo per supradicta minuta casus aut more cognoscantur durationes eclipsium solis et lune. cognoscitur enim tempus talis durationis hoc modo accipiatur motus lune in hora per suam tabulam et sit. ꝟ g. 32. minuta cum medio accipiatur etiam motus solis in hora tempore eclipsis per suam quoq̄ tabulam et sit. 2. minuta cum medio. et quia motus solis est minor subtrahatur a motu lune et remanebunt. 30. et sit diuisor. accipiantur etiā minuta casus in eclipsi lunari aut solari: vel etiā minuta more vt verbigratia. minuta casus in aliqua eclipsi lune sint. 30. et sit numerus diuidendus. tunc minuatur ista casus s̄m artem algorismi per superationem lune in hora scilicet per 30. minuta diuidantur: et numerus quotiens inde prouenientis sunt hore. et patet q̄ diuidendo 50 per triginta numerus quotiens est vnitas. id est vna hora. deinde residuum ex diuisione scilicet viginti minuta multiplicentur per sexaginta. et prouenient 1200. qui numerus iterum diuidatur per superationem lune in hora scilicet. per. 30. et numerus quotiens inde prouenientis. scilicet. 40. erunt minuta hore. Et si aliquid ex hac diuisiōe fuerit residuum iterum multiplicetur per. 60. et numerus inde prouenientis iterum

Quid argumētū latitudinis lūe

Qñ est medium eclipsis

Quare eclipsis sol nō hꝫ moram

diuidatur per superationē lune in hora et numerus quotiens erunt secunda horarum et sic apparebit duratio eclypsis per horas et minuta et secunda. Si autē minuta casus essent ita pauca: ꝙ non possent diuidi per superationē lune in hora multiplicentur per .60. et productū diuidatur per superationem lune in hora ⁊ numerus quotiēs erūt minuta horarum: et tūc duratio illius eclypsis nullam haberet horam sed minuta ⁊ alias fractiones sequentes. Et eodē modo esset operandū in minutis more eclipsis lune ⁊ in minutis casus eclipsis solis ad habendā durationem more lune sub vmbra et durationē eclipsis solis. ¶ Sed circa hoc aduertendū ꝙ astrologi solum accipiūt minuta casus ⁊ minuta more dimidie nō autem minuta euasionis aut alterius medietatis more: quia in quolibet toto omnes partes eiusdem denominatiōis sunt equales et scita ꝗtitate vnius scitur ꝗtitas cuiuslibz alterius. casus autē et euasio sunt partes eiusdē denominationis in duratione eclypsis scilicet medietates. sic etiam due dimidie more sunt partes eiusde denotationis in duratiōe totalis obscurationis. ⁊ iō habitis minutis casus habent ⁊ minuta euasionis et habitis minutis dimidie more habentur ⁊ minute alterius dimidie. vnde etiam scita duratione casus scit̄ et duratio euasionis et scita dimidia mora scit̄ et alia dimidia vnde ꝑ operationem supra dictā nō haberentur nisi hore ⁊ minuta medietatis eclypsis vel medietatis more scz a pricipio eclypsis vsqz ad medium eius vel a pricipio more vsqz ad medium eius. illo autem tempore duplato haberetur tēpus totius eclypsis. quando autem eclypsis lune est totalis ⁊ cū mora tūc casus ⁊ dimidia mora sunt medietas eclypsis: sz in eclypsi lunari sine mora et etiam in eclypsi solaris solꝰ casus est medietas eclypsis. ¶ Textus. Diameter solis

ꝙ astrologi solā dimidiā durationem eclipsis ꝯputant.

Exponit alios terminos pertinētes ad diuersitates durationum eclypsiū vbi notandum est ꝙ eclypsis totalis lune cū mora ⁊ etiā eclypsis totalis solis aliquando maioris aliquando minoris sunt durationis. ⁊ etiam eclypsis solis totalis aliquādo obscurior aliquādo minus obscura est. ⁊ hoc est propter maiorē vl' minorē solis aut lune a terra remotionem in suis orbibus eccentricis. primo ergo exponit terminos ꝑtinentes ad diuersitatem duratiōis eclypsis solis. secundo ꝑtinentes ad diuersitatē durationis eclipsis lune ibi. Dū sol. ꝗtum ad primū duo facit. quia primo expōit dictos terminos. secūdo infert vnū correlariū ibi. Quare sequitur. Circa primū exponit duos terminos. secūdū ibi. Sed dyameter. Primus ergo terminus est diameter solis visualis. est enim illa dyameter circuli solaris que nobis quātitatem solis visualem mēsurat. et hec sole existente in auge sui eccentrici 31 minuta eclyptice cordat. id ē apparet illa dyameter solis tāta ꝗta est corda vnius arcus eclíptice 31. minutoꝝ que sunt fere medietas vnius gradus. Sed quādo sol est in opposito augis eccentrici dyameter visualis solis est sicut corda arcus eclyptice 34. minutorum quia tūc sol maior apparet cum sit nobis propinquior. Quādo autē sol in aliis locis sui eccētrici fuerit: hec est regula inueniēdi dyametrū solis visualem. queratur tūc motꝰ solis in hora hoc est minuta zodiaci que sol pertransit in vna hora quando est in tali situ ⁊ ille arcus eclyptice se habet ad arcū quem cordat dyameter visualis solis in eodem situ in ꝑportione sicut quinqz ad. 66. que est sub tredecupla/sesquiquinta. v. ḡ. si sol esset in lōgitudine media sui eccentrici et motus eius in hora esset. 2. minuta cum medio dyameter visualis eius chordaret fere. 33 minuta. ¶ Textus. Sed dyameter. Exponit tertium terminū. s. ꝗd est diameter lune visualis ⁊ quomodo variatur vbi notandum est ꝙ in omni coniunctiōe solis ⁊ lune similiter ⁊ in omni oppositione epicicluslune est in auge sui eccentrici. ꝙ ergo in vna eclipsi solis sit luna propinquior aut remotior a nobis ꝗ in alia non prouenit nisi ex parte epicicli lune. sic ergo dicit ꝙ dyameter visualis lune (ꝗ quantitatem apparentem lune nobis mēsurat) luna existente in auge eccētrici ⁊ epicicli. 29. minuta ecliptice chordat. id est apparet corda arcꝰ 29. minutorum ecliptice. Sed quando luna est in auge eccentrici et in opposito augis epicicli: tūc dyameter visualis eius 36. minuta ecliptice chordat: quia tūc luna appet maior ⁊ est terre propinquior. In aliis autē locis epicicli luna existente si epicicius in auge eccētrici fuerit hec est regula dyametri visualis eiꝰ quoniam motꝰ lune in hora in tali situ epicicli se habet ad arcū quem chordat dyameter visualis eiꝰ in eodē situ sicut. 43. ad. 47. hoc est in proportione sesqꝫ quadragesimaseptima. vt. ꝑ ḡ. si luna esset i auge eccentrici et in longitudine media epicicli et motus eius in hora esset. 31 minuta zodiaci: tūc dyameter visualis eius 30. minuta ⁊ 22. secūda chordaret. ¶ Textus. Quare sequitur. Infert vnū pulchrū correlariū cuiuidam communis dubitationis solutiuū quomō scz cū luna sit multo minor sole potest ipsum totū eclipsare: ita vt aliquando per interpositionem lune eclipsis solis fiat totalis. Et respondet ꝙ ex predictis pz hoc esse possibile. dictū est enim ꝙ dyameter visualis lune aliquando est equalis aut maior ꝗ dyameter visuales solis: ergo possibile est lunā totum solem nobis occultare. eclipsis enim solis vt dictum est non est priuatio luminis in sole. sz sola obumoratio que nō fit nisi ad appꝛentiam aspectuū nostrorum. si ergo quantitas visibilis lune aliquando maior est quantitate visibili solis poterit nobis totum solem occultare. Et ꝯfirmatur hoc. quia sm perspectiuos vt supra capitulo ꝑmo diximus radii visuales solis veniunt ad nos pyramidaliter et ad angulū concurrētes. cum ergo luna sit nobis valde propinqua occurrens angustie pyramidis quādoqz occupat totam latitudinem pyramidis. et sic occultat totam basim. sicut etiam quandoqz videmus ꝙ vnus homo ante nos positus occultat nobis magnum montem ꝑpter eādem causam ¶ Textus. Dum sol in auge. Exponit aliū terminum ꝑtinentem ad diuersitatē durationis eclipsis lune qui est dyameter vmbre. vbi notandū est ꝙ quando est eclipsis totalis lune ⁊ cū mora aliquando est maior: aliquando minor duratio eclipsis: etiam existente luna in eodem loco epicicli et eccentrici ꝙ nō nisi propter crementum ⁊ decrementum vmbre terre potest contingere.

Declarat q̄ quomodo pyramis vmbre aliquando est latior aliquando vero subtilior dicens q̄ quando sol est in auge sui orbis eccentrici vmbra terre est latior quia minor portio terre tunc illuminatur q̄ sole alibi existēte propter maiorem scȝ a terra distantiam, sicut etiā perspectiui dicunt q̄ maior pars lune illuminatur in coniūctione q̄ in oppositiōe eiꝰ ad solē propter maiorem propinquitatem. Dyameter ergo transuersalis vmbre (que scilicet mensurat latitudinem pyramidis in loco transitꝰ lune) quando sol est in auge eccētrici sui se habet ad dyametrum visualem lune sicut .13. ad .5. hoc est in proportione dupla super tripartiente quintas. Sed quando sol est in alijs locis eccētrici dicta dyameter vmbre in eodem loco est minor quanta autem sit hoc modo inuenietur accipiatur motus solis in hora dum sol est in auge: vt verbi gratia duo minuta et .20. secūda accipiatur iterum motus solis in hora quando sol est in alio loco eccentrici scilicet ad mediam longitudinē et sit .2. minuta et .30. secunda. excessus vnius motus ad alterum est .10. secūda iste autem excessus decupletur et fient .100. secunda tunc capiatur corda arcus ecliptice .100. secundorū ꝛ tanto maior est dyameter vmbre quādo sol est in auge eccentrici quam dyameter vmbre dum sol est i longitudine media q̄nta est illa corda arcus predicti.

¶ Textus. Et notandum. Hec est secunda particula huius partis in qua determinatur de eclipsibus aliorum quinq̄ planetarum a luminaribus et determinatio sua faciliꝰ habet duas partes. prima est q̄ nullus aliorum quinq̄ planetarum potest eclipsari eomodo quo luna eclipsatur scilicet per casum in vmbram terre. secunda pars est q̄ omnes alij planete a luna ꝛ etiā multe stelle fixe que scilicet sunt in zodiaco vel ꝓpe possunt eclipsari eomodo quo sol eclipsatur scȝ per interpositionem lune vel alterius planete. Prima pars patet q̄ nulla stella siue erratica, siue fixa supra solem potest intrare vmbram terre q̄ illa non pertingit nisi vsq̄ ad celum mercurij Sed de venere et mercurio probatur q̄ vmbra terre vt dictum est semper dirigitur ad nadir solis. hij autem duo planete non tantum recedunt a sole vt veniant aliquando ad oppositionem eius. quoniam venus quando plus distat a sole est per duo signa. mercurius autem nunq̄ vltra vnum signum. vnde hij duo communiter dicuntur satellites solis. Secunda pars probata est supra cum de ordine celorum iquireremus omnis enim stella inferior potest superiorē sub zodiaco eclipsare. ¶ Sed circa hoc dubitatur q̄ cum luna vt dictum est vmbram iaciat is presentia solis: videtur q̄ planete superiores possunt intrare vmbram lune et eclipsari. Et itē venus ꝛ mercurius cum sint inferiores sole deberent aliquando ipsum eclipsare sicut luna facit q̄ tn̄ nūq̄ videmus. Ad primum dubium dicitur q̄ tres planete superiores nō possunt intrare vmbram lune. quia cū luna sit multo minor terra ꝛ multo propinquior soli: multo etiam minorem habebit vmbram. vnde non poterit pertingere vsq̄ ad celum martis, maior enī distantia est a luna vsq̄ ad martem plusq̄ in decuplo q̄ a terra vsq̄ ad mercuriū vbi terminatur vmbra terre. Venus etiam ꝛ mercurius non possunt intrare vmbram lune q̄ vmbra illa non recte sursum porrigitur nisi quādo luna est in oppositione solis ad quam oppositionem isti planete nunq̄ perueniūt vt diximus q̄ semper fiant iuxta solem Luna autē quādo est iuxta solem scilicet in primis et in vltimis septem diebus mēsis lunaris vmbram suam neq̄ directe sursum neq̄ directe deorsum ad terram sed lateraliter extra terram sub concauo orbis lune porrigit. sic igitur nullus planetarum preter lunam potest eclipsari ꝓpter casum eorum in vmbrā, nisi forte quis vellet dicere q̄ alij planete quinq̄ vmbras proijciunt in presentia solis ꝛ seipsos eclipsant quod tamen non est probabile cum sint corpora dyaphana ¶ Ad secundum dubium dicitur q̄ mercurius est multo minor luna atq̄ a terra remotior. ideo nec totam pyramidem solis nec partem notabilem eius occupat et sic quando mercurius est sub centro solis dyametraliter imperceptibilis redditur et nichil sensibile de sole eclipsat. De venere autem idem dicendum est licet enim ipsa sit modico maior luna tamen multo distantior a terra est q̄ luna vnde pyramis radiosa solis in celo veneris latissima est ꝛ nō posset venus sensibilem partem eius impedire nec solem sensibiliter eclipsare. vel dicēdum vt priꝰ q̄ isti duo planete non sunt corpora oppaca et vmbrosa sed peruia et perspicua ideo nō obumbrant nobis claritatem solis. Et dato q̄ essent corpora vmbrosa dicitur q̄ vmbre eorū non pertingunt vsq̄ ad nos propter causam dictam scȝ q̄ multo anteq̄ ad terram pertingant terminātur et non apparent sicut vmbra lune. veruntamen si quis artificiose hora coniunctionis solis et horum duorum planetarū corpus solare posset intueri forte puncturam aliquam nigram in circulo solari notare posset. ¶ Textus. Ex predictis patet. Hec est tertia particula huius partis i qua ex hijs que dicta sunt circa eclipsim solis auctor tanq̄ vir catholicus et verus christicola īfert deuotissimū correlariū quo totum opus suum et precipue hanc tertiam partem huius quarti capituli ordinat: et dirigit incultum obsequium ꝛ honorem dei. Vbi notandum est q̄ licet astrologia a multis satis inconsiderate iudicetur superstitiosa et dampnanda velut falsa et sacre doctrine aduersa. tamen si vt Ptholemeus dicit in principio quadripartiti ipsam via phisica et modo naturali velimus accipere non superstitiosa aut vana sed dignissima doctrina et inter sacre sapientie ancillas precipua apparebit Vnde qui omni superstitione dimissa eam voluerit perscrutari multa et magna diuineq̄ scientie subseruientia et que in maiestatis diuine admirationem inducūt ex ea poterit elicere. vt enim iuxta principium huius libri diximus de nullo magis sapientiam/potentiam/et bonitatem dei admiramur quam de celorum et astrorum ornatissima compage que astrologie theorematibus cognoscitur. Inter cetera autem in quibus liberalissima hec doctrina imperiali sue: domine sacre scientie inseruit potissimum est q̄ circa maximum miraculorum tempore passionis christi factum et docet et monstrat. tunc enī vt hystoria tradit euāgelica cum

Due dubitationes

Ad primū

Ad secūdam

Q; astrologia val. deseruit theologie.

ctis stupentibus ab hora sexta vsq; ad horã no-
nam sol obscuratus est et tenebre facte sunt sup
vniuersam terram. dies autem passionis christi
erat luna quintadecima scilicet dies oppositõis
luminariũ: quia vt euangeliste dicunt: christus
prima die azimoꝝ passus est. s. in die sancto pas-
che ꝙ Exodi. 12. quintadecima die mẽsis primi
iussum est celebrari. cum igitur supra astrologia
nos docuerit eclipsim vel obscurationem solis
naturalẽ nõ posse fieri nisi in nouilunio scilicet
prima die lune cum ipsa soli coniũcta est: sequi-
tur necessario ꝙ illa eclipsis solis non fuit natu
ralis sed pure miraculosa et supra naturam. Et

Quinq; miracula eclipsis solis i passione dñi

quidem si bene inspiciamus quinq; maxima mi
racula fuerunt in hac eclipsi. Primũ fuit ex par

Primũ.

te temporis et hoc etiam tangit textus quia scz
illa erat dies plenilunij et non nouilunij vt con-
tingit in alijs eclipsibus. Secundum miraculũ
fuit ex cursu lune que naturaliter motu proprio

Secũdũ

ab occidente in oriẽtem progreditur. in hac au-
tem eclipsi visa fuit a Dyonisio vt infra ꝓbabi
tur citissime veniens ab oriente versus meridiẽ
vsq; dum stetit sub sole. vbi per tres horas quie
uit et claritatem solis hominibus obumbrauit
postea vero ad proprium locum versus oriẽtem
fere in instanti regressa est. et sic hora sexta ꝛ ho
ra nona visa fuit sub sole. sed vesperi sole occi-
dente ipsa in oriẽte apparuit soli opposita. Ter

Tertiuz

tium miraculum fuit ex parte a qua incepit ecli
psis: quia vt supra dictum est omnis eclipsis na
turalis solis incipit a parte occidẽtali corporis
solis: sed tunc illa eclipsis incepit a parte solis
orientali: vt enim diximꝰ luna retrocessit ab ori-
ente versus meridiem et sic primo tetigit solem

Quartũ

ex parte oriẽtali. Quartum miraculum fuit ex
parte a qua sol lucere incepit post eclipsim: quia
in alijs eclipsibus pars solis que primo occul-
tatur primo apparet post medium eclipsis. sed
in hac eclipsi pars occidẽtalis solis que postre-
mo fuit eclipsata primo detecta fuit. contra ve
ro de parte orientali: eo ꝙ luna non pertransi-
uit solem sed stetit sub eo: et postea retrocessit.

Quintũ

Quintum miraculum fuit ex duratiõe eclipsis
quia vt dictum est supra eclipsis solis que natu
raliter fit aut nullam aut paruulam habet morã
sed in hac eclipsi vt euangeliste dicunt fuit mo-
ra trium horarum naturalium scz ab hora sexta

Aliũ miraculum

vsq; ad horam nonam. Aliud miraculum ponit
Hieronymus quia scz sol nõ modo ex interpo-
sitione lune obscuratus est sed ipse radios suos
retraxit vt vel dominũ pendentem in cruce nõ
videret vel ne crucifigentes et blasphemantes

Questio

christum sua luce fruerẽtur. ¶ Si autẽ aliquis
querat cur de tam horrenda taq; mirabili eclip
si astrologi aut philosophi illius temporis nul
lam reliquerũt memoriã in libris suis. Ad hoc

Solutio origenis

dicit Origenes ꝙ hec eclipsis nõ apparuit nisi
in terra iuda in qua christus omnia sua miracu
la voluit ostẽdere. et hoc vult dicere textus euã
gelicus cum ait super vniuersam terrã scz iuda

quod a simili confirmat per illud quod dicitur
tertio regũ: viuit dominus deus tuus si est gẽs
aut regnum vbi nõ miserit me dominus meus
querere te. vbi intelligit de gẽtibus que sunt cir

Alia solutio

ca iuda. Alij tñ doctores dicũt ꝙ illa eclipsis ap
paruit in vniuersa terra habitabili super cuiꝰ hẽ
misperium tunc erat sol. veruntamen astrologi
illius temporis non aduertebant nec putabant
ꝙ in tali die deberet fieri eclipsis solis cum esset
luminarium oppositio: ideo forte putauerũt ꝙ
hec solis obscuratio esset ex aliqua nube spissa
soli supposita ꝛ neglexerunt amplius aduerte-
re. Sed cũ in egipto nulle vnq; fiãt nubes ideo
philosophi ꝛ astrologi qui tunc illic aderãt hoc
tam grande portentum notauerunt in scriptis
suis memoriam relinquerunt. vnde Eusebius

Eusebiꝰ

refert ꝙ Flegon qui olimpiadum egregius sup
putator fuit libro. xiij. de hac eclipsi sic ait olim
piade. 202. magna et excellens inter omnes que
ante eam acciderãt defectio solis facta dies ho
ra sexta ita in tenebrosam noctem versus vt stel
le in celo vise sint terreq; motus in bitinia nice-
ne vrbis multas edes subuerterit. Sed vt Ori-
genes dicit hic flegon declarauit hoc factũ fuis-
se sub tyberio cesare. non tamen expressit tũc fu
isse oppositionem luminarium. Dionysius etiã

Beatus Dionysius galliarum apostolus.

de quo textus mentionem facit: ꝛ qui tunc erat
in egypto non athenis vt quidam putant in epi
stola ad Policarpum dicit se hanc eclipsim so-
lis vidisse/et miracula iam notata per ordinem
narrat. ait enim inopinabiliter soli lunam inci-
dentem videbamus in egypto existentes. Un-
de tanto prodigio stupefactus ad eos qui secũ
aderant dixit. Aut deus natur patitur: aut mũ
di machina dissoluitur. quia fide quadam occul
ta seu instinctu spiritus sancti redẽptionis no-
stre et fructifere christi passionis mysterium co
gnouit: qua delicta nostra ꝑtulit et paradisi por
tas illuc vsq; clausas aperuit vnigenitus dei fi-
lius: quo nos perducere dignetur ille in cuiꝰ no
mine omne genu flectatur et sine fine viuit ꝛ re
gnat deus vnus.

Amen.

¶ Et sic est finis huiꝰ egregij tractatꝰ de sphe-
ra mundi Johannis de sacro busco anglici do
ctoris Parisiensis, vnacum textualibus/optis-
misq; additionibus: ac vberrimo commẽtario
Petri Ciruelli darocẽ. ex ea parte tarraconẽs
hyspanie quam Aragoniam et celtiberiam di-
cunt oriundi. Atq; insertis per subtilibus que-
stionibus reuerẽdissimi domini cardinalis Pe-
tri de Aliaco ingeniosissimi doctoris quoq; pa
risiensis. Impressum est hoc opusculum Anno
dominice natiuitatis. 1515. in mẽse Augusti Pa
risius. Impensis Johannis Petit commorã-
te in vico diui Jacobi ad intersignium Lilij au-
rei.

P.C.D. In additiones imutatiõesq opusculi de sphera mundi nuper editas disputatorius dyalogus Interlocutores Darocensis et Burgensis.

Magna profecto est quorūdam hominum vesania: qui indignum τ crudele putant antiquorum dicta (et si ad maiorem veritatis elucidatiõem id fiat) quempiam aut corrigere aut immutare. quasi eorū hoc pacto nomina denigrentur in eternum ve alias permansura deleantur. Nec ea nempe paucos ad modū fefellit opinio. neminē certe videas qui equo animo et nō quasi subiratus veterū auctorum monumenta quoquomodo verti aut reprehendi audiat. Sed nec me hoc a spherici opusculi additionum/ ac textus quarundam immutationum editio me deterrebit communi vtilitati pro virili mea satisfacere studētem tā τ si quam plurimos esse sciā et quidem amicissimos qui me temeritatis arguant τ leuitatem impingant. Sed quis hic est quem michi obuium conspicio procedentem. Meus forte gunsalus est. et certe is ipsꝰ est nisi fallor. Nescio quid animū eius angit aut qua sollicitudine vexatur video lentum incessum defixosq humi oculos τ incompositę vestis incuriam? Ibo τ ei rem hanc aperiam consilium super ea petiturus. ingeniosus nanq est et liberalibus disciplinis apprime eruditus. Saluꝰ sis mi gūsale Burgen. Tu quoq suauissime petre salueto. Quid hic labentis sequane fluxus spectans agebas? An reflexos occumbentis solis radios speculabare? Expertus ne es in concursu radiꝫ cum catheco ymaginē apparere vti perspectiuam communem explanans nobis demōstrasti? D Idipsum. Sed tu quid mihi subtristis veniens videbare? B Nō possum tibi mētem meā nō aperire. Audiui et certo scio te preclaras commentationes in spheram Johannis de sacro busto (viri sentētia mea in astronomia peritissimi vt eius plura demōstrāt scripta) edidisse. D Noui quorsum istec. B Sz audi obsecro rem totam. D Fare vt lubet. me tibi faciles prestare aures decet qui id a te potissimum optem. B Nec id tibi satis visuz est nisi auctoris etiam ipsius (quē nec iniuria multa ante nos secula coluerunt) textum plerisq in locis immutares: atq vt ita dixerim innouares D Et tu haud quaq̃ hoc recte factū arbitrareris? B Recte? D Quid ni? B Quid qđ dicum tam multa etate ꝓbatum nequaq̃ sine dedecore a quopiā incusari posse existimo. D Nosti philosophoꝝ īgenia q̃ vt veritatem semper in honore ceteris āte ferrēt: vetustissimis auctoribus ac preceptoribus carissimis contradicere non erubuerunt. Reprehēdit enim Platonem oēsq pene maiores suos Aristoteles. B Et multis ob hoc temporibus cachodemō habitꝰ apud Athenas τ post mortē omnium fere ore vocatus. D Ahha. vulgꝰ hec o amice existimauit non docti non boni non deniq sapientes. qui eum cunctis et preteritis/ et futuris facile anteferendum iudicarunt: et philosophorum principem constituerunt. Non dum hieronymum legisti mira de eius laudibꝰ scribentem. B. Recte ais. Monstrum ei nomē indidit. D. Facetus es. Sed missa istec ridicula facias. cuius queso philosophorum doctrinam tam multi coluere mortales? cuiꝰ vnq̃ scripta tamdiu integra et incorrupta mansere. B. Nullius. Nec tamē eo illi gloria parta est ꝙ platonis doctissimi ac sanctissimi preceptoris sententie fuerit obuius. sed ꝙ vt quidam ex nfis ait. hoīm figmēta perosus. Lincia in ethereos attollens lumina vultꝰ. Vidit in haerulū mūdi testudine numen. τ oīm pene generum dogmata calluit q̃ diuino quodā stillo posteris scripta reliquit. D. Et tu mecū sentis. Nec enim nobis ideo nomen aliquod speramꝰ (si m̄ q̃rendꝰ honos est) ꝙ tanti auctoris verba nōnūq̃ τ sententias immutauerimus sed ꝙ veritatē (vti dominus concessit) plene patefacere anhelantes ea inseruimus que nobis necessaria visa sūt ex egregijs sapientium virorum monumentis excerpta. sed vt plenius tibi satisfaciā nōne Paulus apostolorum principem. Petrum reprehendit? B. Quia scꝫ vbi scandali periculum imminebat ei parcēdū nō putauit. D. Audi etiam τ alios. que cedo etas Origenis laudes non celebrabit? aut que nam virum aliquem vnquam habuit origene doctrina clariorem? B Multa eius scripta nequaq̃ fidei veritati consonāt. D Pleraq tamen diuine scripsit. verum nec ei in errore vel minimo deprehenso parcit Augustinus. qui Cipuanum etiam martyrij laurea iamiam donatum in multis carpsit. sed satis fuerint Hieronimus τ augꝰ sacroꝝ doctorū precipui sese mutua reprehēsione (vbi opus erat) ꝓsecuti quid hic dicas? quid cōeruiscere poteris iam superest vt mecum sentias et in hac editione michi adiutor sis. quid enim respondere valeas tantorum virorum exemplis adductis quibus id me honeste facere posse monstraui? B. Subcumbam tandem vt video. sed nichil huiusq actum putes. multa eniz clarissimis illis viris licuere: que nos honeste agere nequimus aliorum tibi argumento opus est ad hanc tē clarius cōmonstrandam. D. Bonam de te spem concipio: sed quoniam alios petis dabunē τ alijs. B. Est etiam aliud quod te ab hoc opere potissimum arceat τ tu ipse cum noueris facile acquiesces. D. Et quidam illud est? B Scies postea. inceptum nunc sequere. D. Truncato capite oriri capita video. faciundum tamen est quod postulas. sed die oro quid id est? B Id quod infelicem codrum ꝑdidisse satyricus narrat. sed tu tempus assidua interrogatione protrahens alios conectare quos in medium afferas. D. Haud recte concipis. tanta enim turba est vt non facile vel paucissimos commemorare valeam. B. Callidus certe es. nouo adhuc prohemio veteris narrationem spectans. inuocastime? D. Te non ab re semper amaui qui michi ita iucundus sis. sed nunq̃ me hodie nisi contentis deseres. B. At qui hoc vel maxime opto. D. Ausculta igitur paucis. Nosti quāto in honore Petri lombardi doctrina semper habita sit cuius sentētias theologi oēs quasi textum ꝯmmittuntur: nec ideo tamē indubie ei in omnibus dictis credendum censen: verum ipsum in plerisq contempnunt Thomas etiā

Plato. Aristoteles.

Baptista mantuanus.

Petrus Paulus Origenes.

Caprianus. Augustinus. Hieronimus

Petrꝰ lōbardus. thomas

soleonis doctor preceptores suos in multis arguit. tota quoq; Johannis scoti doctrina cōfutationibus dictorum Thome et aliorum referta est. demū qui secuti sunt solertissimi. Nominales acerrima in vtrūq; spicula contorquēt nec ob id tamen eorum aliquem minōr fama sequitur. Adessēt nobis multi alij aduocati quos exterminatis laurea dotat mutius inter se altercationibus dissidentes clarissime propositū ostensuri. Est enim animi ingenui alios si vsq; vt homines errauerunt pie aut interpretari/aut corrigere/semperq; veritatem pro viribus tueri. Nec quia priores peritissimi fuerunt posteris idcirco inueniende veritatis via clausa putanda est. scientiarum enim velut fluminum teste philosopho per continuam additionem fiunt incrementi. Quare age cōceptum iam depone furorem/nec verbis verba repelle: sed veritatem quam iamdudum vt video concepisti pande propala ac pronuncia. B. Video te tam defectum & tuo ligone facile confossum in disceptationē hominum qui litteras sectantur proposito tuo inseruire credidisti. D. Quod scilicet vnde aliorum eterna manent nomina: dedecus nobis non timeamus. D. Optime loqueris. Sed quanta reipublice litterarie detrimenta opinantium diuersitas attulerit vel tuipse commemora hunc enim euenit vt p paucos inuenias preter Horatij documentum nullius addictos iurare in verba magistri. Is stoicus est. ille peripateticus. hic Thomam sequitur ille scotum alius deniq; alium. quod sequitur vt rari sint veritatis participes & tutores. quid queso scolastico viro indignius turpi⁹ ve q; discipline veritatiq; obuiare & at alicuius doctoris sectam pertinaciter profiteri obstaculū sapere cupienti noster asserit Aristoteles. D. Nostrum dicis quem prius cachodemona putasti? B. Astutus certe es iam prelibatione vteris Eya age responde si me tibi vis consentire. D. Respondebo vt iubes et si perdifficile sit obiecta reijcere nitar tamen vt cumq; dabitur id efficere quod institui. Quod ex doctorum altercatione accidisse ais vt paucissimi veritatis lumen agnoscant: nichil vero simile est. dubitatorum enim solutio (vt philosophus inquit) veritatis quesite est manifestatio posteriorum igitur argumenta priorum sententias elucidant atq; declarant. oportet itaq; dubitare inquirentem quatenus vtriusq; partis auditis rationibus / se datisq; affectibus intellectus ab omni motu animi liber verum inuestiget. hoc autem maxime fiet si que diuersi senserunt discutiantur et aliquo tanq; fundamento posito quid alij de hoc quod queritur iudicent inspiciatur. non tamen doctorem aliquem ita amitari vt quicquid is dixerit omni putetur falsitate carere recte factum dixerim. id enim humani ingenij fragilitas (deo specialiter non adiuta) non patitur. Sed nec id nostri parisij philosophi faciunt qui quis Aristotelis vt plurimū vestigia sequentes aliorum tamen sententias (qui preclara multa ei addiderunt) audire non renuunt: nisi forte nonnulli qui non philosophie sed pertinacie potius alumni cēsendi sunt. Nec eorum hoc qui scripserunt vicio dandum ē sed hominum potius ignauie imputādum luce igitur clari⁹ apparet quicquid obiecisti repulsum. B. Id tibi ita videt superest tamē maior huius negocij pars quā cum me etiā renitēte diuersas hoim sententias perscrutari sciam inquirenti plurimū cōducere ostēderis: vbi tn̄ cūcta demonstrationum certitudine inuestigantur. (vt in mathematicis quarum astrologia vehementissima est fieri consueuit et a te ipso sepenumero audiui) nequaq; videt reprehensioni aut opinantium varietati locus esse. aut igitur auctor hic (cuius sententias passim aut additione/ aut immutatione corrigendas putasti) in cūctis delirus est (quod tantorum iudicia virorum qui eum hucusq; secuti sunt falsum ostendunt) aut in nullo prorsus carpendus erat. D. Astrologiam amice Aristoteles phisicā magis q; mathematicam ostēdit: quod sc; supremorum corporum motus potissimum perscrutatur. B. Scio quid velis subiungere & me debiliter tibi multum instasse. Sed ad rem queso veniamus et vtinam liber nobis daretur vt facilius singula possemus percurrere que ad cōmutanda aut eradenda penitus iudicasti. D. Ecce adest. ad te eū deferebam vt iudicium tuum promereres quod (vt video) commune vulgi opinionē sequitur. ¶ Sed age nunc et loca singula recita in quibus tibi male aliquid aut adiūxisse aut littere ordinem conuertisse videmur. B. Ex quattuor phemij ppositorum primū nimis pstrixisti quartū vero longo tractu dilatasti. D. Ita res exposcebat. precipua enim primi capituli inuestigatio circa formam mūdi versatur. prohemij autem est eorum q̄ disserūtur pricipalia tātum pponere caput etiam quartum vt facilius singula intelligerentur aliquantisper protraximus: cōmodum igitur fuit eius titulū ampliare. sed minuta hec sunt perge vlterius. B. Duas tantum is auctor sphere diffinitiones et abunde satis apposuerat. tu aūt tertiam quandā a te cogitatē premisisti. cui diuisionem a geometris non visam inseruisti. multaq; alia ibidē nescio qua ductus ratione addidisti. D. Due ille sphere descriptiones quas homo hic ab Euclide et Theodosio sumpsit obscure & difficiles sunt: et magis q̄ introductionem deceat. aliam igitur faciliorem et si non verba mentem tamē omnium geometrarum continentem anteponere fuit necesse. qua pre via due alie facilius intelliguntur. Inde vero sphere diuisionem ab autēticis geometris habitam subiunximus. duasq; auctoris descriptiones alteri sectionis parti (vt Euclidis & Theodosij specialiter spheram diffinientium sensus elatior haberetur) aptauimus. orbem quoq; alterum prefate diuisionis membrum (quem etiam auctor est paulo post spheram sicut multi geometre appellant) statim diffiniuimus atq; distinximus. que ad quarti capitis intelligentiam non paruum momentum afferre videbuntur. axis preterea diffinitionem quadam adiecta particula completam effecimus. et demum predicta omnia ad mundi corporei machinam (vt tractatus insinuaretur intentio) applicauimus. B. Recte factum sed dic queso cū auctor iste sphere diuisionem eius diffinitioni (nec absurde) dyalecticos

Scotus

Nominales.

Horati⁹

Parisienses philosophi.

De additionibus primi capituli

artificio subiunxerit: vt quid tu textu eius refecto forme mūdi disputationem subnectens eius litterā pduertisti. D. Michi non peruertisse sz conuertisse potius videor. prima nanqz diuisione quam secūdum substantiam dixit nō totam sphere cōmunitatem sed spheram dūtaxat vniuersi partiri intēdebat. que vniuersalis mundi machine diuisione nondum habita poni non debuit cum sit hec illius sub diuisio. Secunda autem per accidens scilicet sphere diuisionem capiti secundo vbi de recto z obliquo orizonte fit sermo reseruauimus. B. Nec iniuria profecto. vt quid enim neutiqz necessariam in sphere diuisionem apposuerit vniuerse compagis formā pollicitus explanare non facile piectari possim Sed nec quare tu decimam facias spheram nouem solum ab auctore Ptholemeum Alphraganum Thebit ceterosqz antiquos secuto sufficienter enumeratis perpendere valeo. D. Perpendes vt video quando rationi cedere incipis. Denus enim celorum mobilium numerus modernis astrologis congruētissime ponitur qui triplicem octaue sphere cognoscunt lationem. quos idcirco probauimus quod exactissime omnium celestium motuum tabule Alphōsine hunc celorum numerum sibi prestituūt. B. Genus z patriam pferes qui clarissima hyspani principis monumenta pro viribus tueri z ampliare conaris. D. Sic etiam quando ratio consonat filios decet subditos. sed tu textū prosequere. B. Ubi celi reuolutio sensibilibus experimentis comprobatur commode satis vt reor apparentia inferiorum motuū signa s dixisti. Sed dic michi cū de celi rotunditate agit quare rationē Alphragani qua pbat celū multiplaterū lanūqz nō esse pmutasti? D. Aperiam. vt potero si litterā eius legeris. B. Si celū inquit eēt planū aliqua ps celi eēt nobis ppīquior alia / illa scz q̄ esset supra caput nostrū. D Et si motu firmamenti angulus ad zenith nostrum perueniat costa autem ad orizontem nūquid que supra caput nostrum esset stella nobis propinquior ceteris esset que in orizonte? B. Nequaqz et cognosco idcirco te non sine causa sequentem etiam litteram immutasse precedentiqz concordem effecisse. Et que iuxta rotunditatem / ordinem / motum / z quantitatem elemētorem apposita sunt non paruam vtilitatem cū his commentationibus allatura. Sed discutiēda cetera sunt quo clarior michi z aliis veritas elucescat. Ad secundum igitur capitulum trāseamus in quo pauca adiecisse videris litteram etiam non multis in locis immutasse. D Nec expediebat quidem nisi q̄ vbi de zodiaco circulo agitur littere seriem p maiori facilitate trāsmutauimus. z nonnulla de longitudine z latitudine locorum habitabilium terre (que facilem in cosmographiam Ptholemei aditū prebeāt) circa meridianum et orizontem diseruimus. B Verum certe ais. pulchro enim ordine suis i locis cuncta inseruisti. Expediendum est tamen id in quo sepius tam lectores q̄ auditores velut in salebra herent cognituqz difficilimum putant ortus scilicet et occasus signorum prout astronomi sumunt. quem is duplicem rectum scilicet z obliquum posuit tu tertiuz excogitās parem his addidisti. D. Ne videlicet signorum que equali tempore cum totidem gradibus equinoctialis ascendūt. hec recta hec vero obliqua fateter. z q̄ nonnulla sint quibus neutrius ortus diffinitio competere valeat. B. Ea vt puto que triginta dumtaxat equatoris gradus in suo ascensu committantur. D Ea ipsa. B. Me quidem nonnunqz magna huius rei ambiguitas tenuit que te audito pulsa omnis euanuit. D. Hoc nichil est sed que sequuntur plerisqz ardua vixqz intelligibilia / aliis autem veritati dissona visa sunt. B. Hos tu videris probasse qui nouas regulas interserens eius textum in hac parte omnino deleuisti. D. Nec id obire factum cēsebis si modo michi auscultes. quod vt leuius fiat eius verba profer. B. Et est inquit sciendum q̄ in spherā recta quattuor quarte zodiaci ichoate a quattuor pūctis duobus. s. solsticialibus z duobus equinoctialibus adequantur suis ascensionibus / id est quantum temporis consumit quarta zodiaci in suo ortu in tanto tempore quarta equinoctialis illi conterminalis perorit ur. D. Cuius queso re notitiam hoc capitulum pollicebatur. B. Id titulus monstrat ortus scz et occasus signorum in vtraqz sphera. D. Ut videlicet que signa recta que ve obliqua vbiqz habitantibus oriātur et occidant eo tradente cognoscamus. cum igitur non omnes partes zodiaci equas habeant ascensiones et occasus opus fuit in aliquibus eius arcubus equalitatem ascensionū inuenire B. Et id quidem auctor iste belle admodum explanauit cum quartas zodiaci i sphera recta sibiipsis in ortu z occasu per hoc equari ostendit: q̄ cum qualibet earum nonaginta gradus equinoctialis ascendunt atqz descendunt. D. Potius igitur dicendum fuit id est quantum tēporis consumit vna quarta zodiaci in suo ortu in tanto tempore alia quarta eiusdem zodiaci ab eisdem punctis terminata perorit ur. similiter z de occasu. B. Paruum quid hoc est facileqz ex auctoris littera haberi potest. D. Nō tamē ab omnibus presertim incipientibus quibus introducendis presens dirigebatur opusculum. Sed age q̄ius ad quartas equinoctialis relatione facta id quod sequitur (partes illatum quartarum variantur nec habent equalis ascensiones) forsan tibi sicut et aliis multis difficultatem ingeret precipue quod in huius declarationem paulo post subdit inquiens. Et notandum q̄ non valet talis argumentatio: isti duo arcus sunt equales et simul incipiunt oriri z semp maior pars oritur de vno q̄ de reliquo ergo ille arcus citius perorit ur / cuius maior pars semper oriebatur. B. Quid hic nota dignum inuenisti. licet enim cum tota zodiaci quarta tota etiaz quarta equinoctialis oriatur non tamen cum quantacunqz quarte signiferi parte tanta quarte equatoris pars oritur vt pote cum vno zodiaci signo non vnum equinoctialis signum sed quandoqz plus quandoqz minus signo conscendit et sic partes ille variantur. D. Pii lectoris officio fungeris sane dū queris dictorum intelligentiā hunc etenim sensum ipse approbo. quem etiam in textu nouissime apposito expressi. sic autem nolle se intelligi

De additionibus secūdi capituli.

De additionibus tertii capituli.

auctor ipse paulo post monstrat cum subdit: si enim sumatur quarta pars zodiaci que est a principio arietis usque ad finem geminorum semper maior pars oritur de quarta zodiaci quam de quarta equinoctialis sibi conterminabili: et cetera. Alio igitur modo et quidem ab omni astrologica veritate alienissimo hanc partium varietatem accepit quam tu exposueris. B. Neque hic sensus a veritate defferre michi videtur. D. Immo multum differt. assumpta enim ortus obliqui diffinitione prius habita ab omnibusque concessa. et hoc sub sumpto auctoris dicto unum manifeste falsum concluditur predicta scilicet omnia tria signa prime quarte zodiaci eorumque opposita oblique oriri: reliqua vero sex signa recte sub equatore habitantibus quod astrologorum etiam mediocriter docti facile negabunt. B. Mira quadam affectione huic homini adversari conaris cum tamen ipse sane intelligi possit ratione enim a principio quarte facta semper alterius duarum quartarum simul orientium usque ad earundem finem maiorem partem oriri ut debimus: quod in dissolutione formate contra se argumentationis auctor palam ostendit. nec ortum rectum aut obliquum horum signorum (ut tu ei impingis) docere hic voluit. D. Mu. quorundam glosatorum quos inter exponendum textum castigavimus opinione falleris. Illi quidem verbum hoc semper maior pars oritur id est orta est glosant: qui quam inepte dicant ibi videre poteris. Auctor vero et si non fecerit debuit tamen que signa recte que ve oblique in sphera recta orantur et occidant divisim quantum introductio patitur determinasse ut a principio promissis finem imponeret. B. Optime loqueris. ignavus enim doctor est qui se multa ostensurum promittit que postea tradere aut nequit aut negligit. Eundem quoque errorem ei ascribendum putabis cum de ortu signorum in sphera obliqua loquens ait. due medietates zodiaci que sumuntur a duobus punctis equinoctialibus adequantur in suis ascensionibus partes autem illarum medietatum variantur secundum suas ascensiones. quoniam in illa medietate etc. D. Et re vera maiorem quanto medietas quartam magnitudine excedit. aut enim proposito non satisfacit: aut omnia sex signa que sunt a principio arietis usque ad finem virginis oblique: eorum autem opposita omnia recte oriri in sphera obliqua eodem modo concludit. quod quam falsum sit tabulas ascensionum aut astrolabium consulens experiri poteris. B. Necessario vteris argumento. nec quid pro eo responderi possit video. teque philosophice reipublice non parum commodi hac tua editione adducturum conijcio qui materiam istam omnibus pene difficillimam tua opera sic per viam effeceris: atque regulas de occasu signorum in utraque sphera ab auctore isto preter missas: modumque ascensionum signorum in diversitate orizontis obliqui: et in plaga meridionali eidem ignotum tradidisti. D. Sed hec ut plenius intelligas. Tu qui tanto tempore in hac auctoris nostri editione laborasti dic oro ex eius ipsius verbis que signa recta nascuntur que ve prona descendunt in sphera hac parisiensi. B. Medietates que a punctis equinoctialibus sumuntur sibi conterminatis equatoris medietatibus in ascensionibus adequari respondebo. D. Et ego idem querenti obliquum circulum simul cum toto equinoctiali oriri equa facilitate subiungam. B. Non igitur recte responsum arbitraris. D. Tu ipse iudica. B. Nequaquam respondendum enim sigillatim fuit hec signa recte hee vero oblique ascendere quod auctor noster pretermisit. et tu hisce regulis usus belle admodum perstrinxisti. D. Id preterea quod subiungitur a nemine vicio dandum forte putabis. B. Quid nam. D. Arcus autem inquit qui succedunt arieti usque in finem virginis in sphera obliqua minuunt ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuum in sphera recta quia minus oritur de equinoctiali. etc. B. Ecquem hic errorem deprehendis? D. Crassus nimis patensque est et qui nulla queat tergiversatione celari. Cancer enim leo et virgo que sunt prime medietatis signa in sphera obliqua non minuunt sed ascensiones suas notabiliter augent. E contra autem capricornus aquarius et pisces in secunda medietate ortu suo nimis diminuti videntur ab eo quod erat in sphera recta. B. Ita certe monstrant ascensionum tabule. et ergo quidem hunc hominem cuncta que dixisset a clarissimis viris delegisse arbitratus magnam hucusque ei fidem adhibui. D. Nec minorem deinceps adhibeas oportet. nullius enim ut diximus ex hoc auctoris nomen denigratur fama ve minuitur quod nonnunquam ab aliis corrigatur. quandoquidem et ipse si adesset errorem que perciperet seipsum corrigeret aut corrigentibus consentiret. Nec bene dicentibus solum ut noster dictat philosophus gratie habende sunt sed hiis etiam qui aliter enunctauerunt nec fuit unquam tam grandis doctor (seclusis hiis qui sacros libros scripserunt) qui in multis non cespitauerit. unde proverbium illud exortum est quandoque bonus dormitat Homerus. omnes namque priores nostri quantum ipsi valuerunt coadiutores in veritatis adinuentione posteris sese prebuerunt. quare eos amore quodam prosequi debemus quoniam primi se in palestra hac nostra litteraria exercuerunt et tutum nobis patefecerunt aditum. hoc tamen pacto ut rationi sit semper plus quam auctoritati humane credendum. B. Ita faciundum censeo sed cetera si qua sunt absolue. D. Ea proponere tua interest. B. Cum de diversitate dierum et noctium artificialium sermo est duplici eius rei causa existentie non absque ratione te secundam prime ante posuisse opinor. D. Quia scilicet ortum et occasum diversum signorum dierum et noctium diversitas sequitur unde et causa que ex ascensionum diversitate sumitur prior atque efficacior nobis visa est ea que ex inequalibus circulorum portionibus accipitur. B. Recte factum. nec recte minus clariorem climatum diffinitionem videris adiunxisse. D. Age dum quarti capitis additiones aggrediamur. B. Notandum inquit quod sol habet unicum circulum per quem movetur in superficie linee ecliptice et est eccentricus. D. Rides ut opinor absonum elocutionis exordium. B. Ita est sum namque petulanti splene cachinno. D. Quid quod in hoc capitulo auctor ostendendum proposue-

De additionibus quarti capituli.

rat. B. Proprios planetarum mot⁹ quos per circulos eccentricos & epiciclos opiniõe Ptholemei saluare nitit. vnde & a circulis recte exorsus est. D. Nonne motus omnis corporis est. B. Id phisica theoria demõstrat. D. Circulis igitur qui corpora nõ sunt motus atribuere non debuit. B. Fateor. D. Atq; idcirco corporeorum orbiũ dispositiones quas ex Purbachiĩ theoricis delegimus huic parti adnexuimus: et hĩ motuum planetarum cause sũt. Circulos etiam quos nõ incõmode astrologi ymaginantur auctoris littere conformiter adiunximus. De motibus quoq; none & stellate sphere pauca quedã inseruimus. Necnon diuersas planetarum passiones explicauimus. B. Abunde certe cũcta complexus es. quibus neglectis rei quesite vel minima noticia haberi nõ potuit. Sed nichil hactenus de eclipsibus tetigimus: quas hic michi semp eclipsasse visus est: ita eñ breuiter loquut⁹ est vt paucissima astrologo digna notauerit generalia duntaxat nec ea omnia intexens. D. Nec ob hoc carpendus venit. tã ta enim tanq̃ difficilia sunt que plenam de eclipsibus noticiam prebent vt longe multo maiorem tractatum expostulent/ q̃ introductionem deceat. nos tamen pro virili nostra elaborauimus: vt q̃uis omnia nota nõ fierent: que tamẽ potissima visa sunt nequaq̃ pretermitterentur. B. Immo ita eclipsium tam luminarũ q̃ aliarum stellarum causas/diffinitiones/ et diuisiones disseruisti: vt nichil pene intactum relinqueretur. D. Terminos etiam nonnullos quãtitatem/durationem/varietatẽq; eclipsium cõcernentes quo singula clarius intelligerẽtur in calce operis adiecimus. B. Probe certe admodum. D. Contentus itaq; es & tibi vt hec edãtur satis placet. B. Placeret vtiq; si prius hec Rodericus noster vasurtus rescuisset. qui ita profunde vt nosti mathematica hec callet vt alter nostris temporibus Alphõsus appareat. adde etiam q̃ nostri amantissimus est: et nisi q̃ verum cognouisset consuluisset nichil. D. Id locorum interualla nõ patiũtur noui tamen hois ingenium qui cum recte & tantorum virorũ exẽplis me hec fecisse cognouerit: non poterit non probare. Nec enim communi hominum morbo laborat. B. Nisi falsam hanc opinionem a me repulisses que de patrie tue parentis laudibus conceperat (eam enim mirum inmodum extollere cõsuesti) edacibus flammis mãdassem: edes tamen suis collegiĩ petam ad te q̃primum delaturus. tu me interim operire et scapham conscẽda pisces hamo decepturus. D. Abi igitur. B. Nunq̃ michi futurum putabam vt opinionem hanc ita contentus desererem: letor tamen q̃ nunc verum cognoscam. sed properãdum est. D. Grãde aliquid michi hodie effecisse videor qui amicum ita a stulta estimatione deiecerim. profuit tamẽ vnum quod et si nonnunq̃ verbis tantum pugnatum est vbi tamen veritatem ratio monstrauit illico acquiescere videbatur. sed scio aliorum pertinaciam hac via deleri nõ posse. qui & multi sint & nulla prorsus ratione ducãtur. sed eccum ipsum redeuntem. festinus certe es. B. Quid piscatus es? D. Poeticum illũ quo me paulo ante deterruisti. B. Ecce adsũt carmina que in Daroce commẽdationem ludẽtes coniecimus vtcunq; tenuis nostre Minerua concessit.

Rodericus vasurtus.

F I N I S.

Gunsali Egidij Burgēsis Carmen.

Qui sacros latices optas haurire minerue:
  Qui cupis ex paruo discere multa libro:
Huc ades ingentes Petri cognosce labores.
  Cuius mellifluo manat ab ore mellos.
Cui fauet ex alto deus ipse & sincera virgo
  Quēq; latent clari sydera nulla poli.
Hunc daroca hesperie genuit gratissima tellus
  Altera bethleem grandia dona tenens.
Nascentis domini teneros ea suscipit artus:
  Hanc ille ingreditur menia nota petens.
Nam mahumeteis perculsi durius armis
  Proponunt alto reddere corda deo.
Aragones cristo deditiatq; expellere regno
  Mauros. tunc ratiuam perfide gaza tenes
Hancq; berengarius non multo milite septus
  Expugnaturus numina sancta vocat.
Et iubet ex tēplo bellantum turba virorum
  Pandat presbytero crimina cuncta libens.
Ipse sed imprimis (ductores quinq; sequūtur
  Quos prior intererat) non benefacta piat.
Dūq; sacro christi festinant corpore pasci
  Prefecti et fundunt vota precesq; deo:
Ecce ruit vasti per summa cacumina montis.
  Hostis: et indomitus prelia gaza ciet.
Lincunt sacra duces. concurritur agmine facto
  In mauros. orcho plurima turba datur.
Victores redeunt fouit quos xp̄s Jhesus
  Numine quo fretum dura timere nefas
Cristicole illesi morti non occubat vllus.
  E quibus ast octo vulnera pauca premunt.
Dūq; panē viuū repetūt (quē forte sacerdos.
  Cum putat attonitus cuncta parata neci:
Lintheolo inuoluēs nitido decliue sub antrum
  Multa timens ipso clauserat in nemore).
Quot prius in mensa cerealia libs minister
  Sacrarat. totidem carnea frusta vident.
Que lino illisa & rubeo concreta cruore
  Non vi non vlla forte mouere queas
Non hec vulcanus nec adūco forcipe cyclops.
  Auella. vires impulit ipse deus.
Obstupuere omnes. patrias mittunt ad vrbes
  Qui mauros victos miraq; facta ferant.
Et simul exquirant que sit sententia cunctis:
  In que nam sacrum menia corpus eat.
Miracloq; viri attoniti stupideq; puelle
  Vndiq; conueniunt cernere sacra audi

Scinditur incertum studia in cōtraria vulgus;
  Muros quisq; optat claudere sacra suos.
Vna sed e multis placuit sententia tandem:
  Donanda hec linquit munera tanta deo.
Extruitur capsa auroq;/argentoq; superba
  Quam preciosa nimis multaq; gēma tegit.
Huic sacra includunt. optantq; ex oībus vnā
  Quadrupedē. hanc tanto pondere capsa iuit
Et ne forte domū repetat/pastus ve moretur.
  Pratorum: gemino lumine destituunt
Subijciuntq; oneri. ducit deus ipse vagantem/
  Nec errare sinit/qua sed oportet agit.
Per varias orbes nunc has nūc preterit illas.
  Velox nec media sistitur illa via.
Insomnisq; manens/libauit flumina nunquā:
  Nec pasta est multo pondera passa die.
Et darocā contra quod non via longa seiūgit
  Templum/nunc clara religione sacrum
Q̄d Marco obtulerat patrū canosa vetustas
  Huic soliti ciues vota precesq; dare.
Destitit hic quadrupes lōgū testata laborē
  Et subit casu viscera rupta dedit.
Cū primū Daroce conscendit menia rumor:
  Gestaq; sunt cunctis iam patefacta viris:
Occurrunt leti domino iuuenesq; senesq;.
  Atq; sacerdotum maxima turba ruit.
Excipiunt corpus/sacraq; in sede Marie.
  Condunt miraclis splendet vbi assiduis.
Cūq; dei corpus gaudent celebrare per orbem
  Cristigene/& cenā cōmemorare sacram
Multorū hic adsunt tunc agmina densa virorū:
  Qui Darocā & sacrū cernere corpus ament.
Quā multi inferni manes/q̄ spissa malorum
  Turba: & quot classes fert mare veliuolum.
Tam multa hic varie videas discrimia lingue
  Tam varios homines ciuitas vna capit.
Mendax nec tantum miratur grecus athenas:
  Victrici ve aquille gloria tanta fuit:
Nobile q̄ Daroce clarūq; hyspania nomen
  Tollit: et ad superos igneaq; astra refert.
Quare age quē clari delectant premia phebi:
  Quem dulci gremio docta talia fouet:
Quē varios solis cursus phebesq; labores:
  Horrida quem celi cognoscere signa iuuat:
Huc ades et docti perpendas dogmata lector
  Petri. qui tantam gaudet habere matrem.
Hic ubi qua pugnax mundus compage tenet
  Mōstrat. & ethereum que via corpus hz.
Hic inq̄ v̄bis perstrinxit plurima paucis.
  Hunc sequere & poteris grādia nosse. Vale.